Simplicij philosophi profundissimi in Aristotelis Stagyrite predicamenta luculentissima expositio: nūc primuz in lucem edita: optime recognita: cunctisqz erroribus castigata.

✠

Simplicij philosophi profundissimi in Aristotelis Stagyrite predicamenta luculentissima expositio: nūc primuz in lucem edita: optime recognita: cunctisqz erroribus castigata.

✠

¶ Simplicy ꝓbi profundissimi in decē Aristotelis predicamenta accuratissima expositio feliciter incipit.



Ulti multas adhibuerūt sollicitudines in librū predicamētoꝝ Aristotel. nō solū qz pemiū est totius ꝓbie. Siqdem ipse est ꝓncipiū logici negocy. Logica vero merito ꝓcapit añ totā ꝓbiam. sed etiā qmó quodā est de principys ꝑmis: sicut i sermonibus de itentiōe libri docebimus. Ally vero alio z alio ꝓcessu circa hūc librū negociati sunt. Dī quidē enī ipsaz lram solā in planius trāsponere conati: sīc Themistius Eufrades: z si quis alius talis. Alij āt sensus quidē z ipsos solos nudos ab Aristo. expssos breuiter aperire studuerunt: sicut fecit Porphirius in libro ſm iterrogationē z responsionē. Alij aūt cū bis qōnes tetigerūt moderate: vt Alexāder Aphrodiseus z Hermin⁹: z gcūqz tales: quoꝝ ego pono z Maximū isignis quidē Jāblici discipulū: qui Maximus in expōne ꝑdicamētoꝝ in oibus fere Alexandro cōsonus fuit. Alig tñ z pfundioꝛib⁹ circa ipsaz meditatōib⁹ vsi sunt velut mirabilis Boeth⁹. Alys aūt placuit dubitatōes solas circa ea: que dñr scribere: qō gdē Lucius fecit: z post ipz Nicostratus Lucy dicta subyciens: volētes fere ad oia: que dicta sunt in libro: instantias fere: nō cū reuerētia: sz magl ꝓcipitāter z iepte. Verūtamē z his grā: qz negocios⁹ multas dubitationes premiserūt: z qz occasiōes: z solones dubitationū: z aliozꝝ multorū: z pulchrioꝝ theozematum posteriozibus reliquerunt. Plotinus aūt magnus sup bis operosissimas descriptōes in tribus libris de gñib⁹ entis inscriptis totas ad librū predicamentoꝝ protulit. ¶ Post hos vo qui nobis oium bonoꝝ cā fuit Porphirius expōnē libri perfectā z instantiarū solones: vt sine labore in septē libris cōsonis in multis Sedalio: z dogmati stoycoꝝ multa ꝑ sibi ſm cōionē sermonis adiecit. Post ipsuz aūt diuus Jamblicus multoꝝ versuum negociationē in hūc librū adhibuit: in multis qdē dicta Porphiry sequēs: etiā quantū ad ipsa verba: in aliqbus autē magis discutiēs illa: z distinguēs diligentius cū eo qꝺ breuiauit ꝓlixitatē ſmonis ad istātias: vt in studys fieri ꝓsueuit: vbilibz itellectualia theozemata singulis fere capꝺoꝝ adyciens: z etiā aliud aliqd cum bis vtile libro ānectens. ¶ Cū enī Architas pythagoꝛicus ante Ari. fecerit diuisionē in decem prima gña in libro: quē de omni ille inscripsit: z notificationes eoꝝ per exēpla euidēter declarauerit: z ordinē quē habēt ad iuicē: z differētias singuloꝝ ſm spēs: z que isunt ipsis cōiter z singulariter insinuauerit: ipse Jāblicus in locis opportunis dicta Archite ꝑducens: ista intellectualr cōnoluta explicuit: z ꝓsonantiā ad dicta Aristo. ostendit: z sicubi aliqd dissonuz fuit. Pauca aūt hic: z hec in lucē ꝑduxit adiscere volētibus: neqz causam dissonantie indiscussaz derelinquens: z merito: qz vī Aristo. vbicunqz sequi Architā. Dexippus etiā discipulus Jamblici Aristo. libꝝ breuiter exposuit. Principalr qdē Plotini dubitationes velut in dialogo ab ipso protensas dissoluere curans: nihil fere: neqz ipse dictis Porphiry z Jamblici adyciens. ¶ Cū igit̄ glorioſissimoꝝ in ꝓbia circa librū predicamentoꝝ tantū studiū fuerit: deridendus mor vtiqz videbor a ꝓncipio aliqd scribere ausus ego ipe

nisi rationabilē cām audacie ostēdero: si quid z ego incidi quibusdā libris ex dictis: diligētius āt vt poteraz q̄ dictis Jamblici assequāt̄: excerpsi: z in multis locis ipsis verbis ꝓbi vsus fui. ¶ Erat aūt mihi illius exceptionis intentio simul qdē: vt possem ex scriptura certioꝛē dictoꝝz itellectuz assumere. Simul aūt vt z intellectū viri altissimi: z multis inaccessibilē ad planius z cōmēsuratius deducerem. Tertio aūt vt z magnā multitudinē multiformiuz librozū in minus qualitercūqz redigerē: nō ita vt sapientissimus Sirianus in minimū: sed ita vt nihil necessario ꝑtermitterē: vt pose erat: z si qd etiā ego ipse valui apponerē. Et pro hoc viris istis post deos grā: a qbus manu ductus: vel dubitationē aliquā nō abyciendā: vel dearticulationē dictoꝝ sermone dignaz adieci. Consulo tñ hoc libro occursuris ante libꝝ Porphiry: maxime z Jamblici cōtēnere pro bis scholicis: qnimo istis vti tanq̄ introductione z exercitio ad certioꝛē cōprehēsionē dictoꝝ a viris illis. ¶ Qñ aūt ꝑmo libꝝ Arī. illi qui ꝑdicamentoꝝ iscribīt occurrimus. vna aūt eoꝝ: que ſm ꝓbiam fectarū est: que Aristot. ē ꝓpatetica ē dicta. Dōz p̄ fz quot z quales modos noiationes habuerūt: que in ꝓbia secte. Scdo aūt que diuisio libꝝ Arist. ita q̄ fiat: vbi ¦locetur liber iste. Tertio vnde incipiēduz libꝝ Aristo. Quarto quis finis est ꝓbie eius. Quinto que sunt ducentia nos ad fines. Sexto quis modus libꝝ Aristotel. Septimo ꝑ quid obscuritatē imiscuit ꝓbs. Octauo qualē opz esse expositorē taliū libꝝ. Nono qualē auditoꝛez opz assumi. Decimo q̄ talia opz ꝓaccipere ante singularia Aristotelis negotia: z qualia: z ꝓpter quā cām. ¶ Que gdē igit̄ in ꝓbia secte septē modis noiant̄: aut ab eo q̄ instituit sectā: vt Pythagorici z Platōici: aut a ꝓria vt Peresiarche: vl Cyrenaici q̄ ab Aristippo: z Megarici q̄ ab Euclide: z Cleatici: q̄ a Xenophāe z Permenide. aut a loco in quo cōuersabant̄ studentes: vt Achademici z Stoyci: aut ab accīte operatione: vt Perypatetici: aut ab eo q̄ in ꝓbando iudicio: vt Effetici: q̄si adherētes qui a Pyrone: aut a fine quē ꝓmittūt sue ꝓbie. vt Edonici. i. delitiosi Epicurei: aut a specie vite: ut Cynici. i. canini. Alitō eniz est finis: quē cōiecturant: z aliud species cōuersatiōis: nō enī per dilectionē Epycurei dilectionē venabant̄: sz per labores maxie z per continentiā. Tractatuū autē Aristo. bi quidez sunt partiales: vt epistole ad ynū aliquē: z de partiali aliqua rescripte: bi aūt vles: alij aūt intermedy: vt que de aīalibus z plātis hystorie: cū nō sint oīno de partialibus: de spēb⁹ enī sunt z aīalibus. Sed partiales quidē z medy maneāt nunc indiuisi: vtium aūt bi qdē sunt hypomnematici q̄si submemoriales quoscūqz ad recordationē cōgruā z ampliozē discussionē cōplauerit ꝓbs: quoꝝ bi qdē sunt vni⁹ spēi: vt de vno aliquo āmonētes: bi aūt vary tanq̄ de plibus. Uidēt aūt hypomnematici q̄si submemoriales nō omni studio digni esse: ꝓpter qō neqz credūt ab ipsis ꝓbi dogmata esse. Alexāder enī ait hypomnematico fine varios mixtos eē: tñ ad vnā intentionē referri: ꝓpter qō z ad distinctionē bozū ait alios dici sincathegoꝛematicos: q̄si coordinabiles: Sincathegoꝛe^cor āt bi qdē sunt dialogici: q̄si inter dños colloquentes: bi aūt autoꝛosopi. idest ipsi⁹ scribentis ꝓsone solius: z autoꝛosopoꝝ. bi qdē sunt theozici: bi aūt practici: alij vero organici: z theoꝛicoꝝ bi qdē sūt theologici: vt metaphysica: bi āt physici: vt q̄ de nāli audito z sequētes ipz tractat⁹. Alij vo mathematici q̄les scripti sī ab ipo Euclide: geometrici z mechāici libri. Practicoꝝ aūt bi qui moꝛales: vt nichomatia z eudemia: z inscripta magna moꝛalia: bi aūt byconomici: bi aūt politici vt libri inscripti byconomici z politici. Organicoꝝ autez bi qui sunt de ipsa demonstratiua methodo. bi aūt de bis

ſunt que ante ipſaꝫ:vt ꝑoꝛa analetica:ꝛ perybermenias:ꝛ ꝑdicaméta:bi aũt de bis:que ꝑ demõſtrationé ſubſeruntˀ vt loci:ꝛ ſophiſtici:elenchi:ꝛ rhetoꝛice artes. Jſta igitˀ eſt vt in ſũma libroꝛũ Ariſto.diuiſio. De toto aũt dicédũ:vñ opꝫ incipere libros Ariſto.poſt diuiſioné enĩ cõſequẽs eſt de hoc ſermo. Quidã aũt ab oꝛganicis aiũt opoꝛtere icipere:hec enim efficiunt in nobis ipſis diſcernere in actionibus qd é bona ꝛ mala:in cognitionibus aũt verũ ꝛ falſuꝫ: quare ante practicos ꝛ ſpeculatiuos tractatus precedere opꝫ:que diſcretiuã nobis ṽtuté exhibẽt. Si aũt ꝛ in alijs artibus precedere videtˀ oꝛganoꝝ noticia.puta in carpentaria:ꝛ eraria: ꝛ imedicinali:mltõ magis in pħia:que oĩa ſpondet tradere cũ demõſtratione:ꝛ que inſtruit vitã noſtrã ꝛ ſpeculationé ſola dmõſtratiõe. Q̃uo igitˀ ſine demõſtratione vel practicis:vel theoꝛicis ſermonibus incidentes non idẽ perſuadebimus nobis euenire poſſe:ea q̃ circẽ adeuntibus ſine mercuriali moꝛali:ꝛ accidunt deliniti ab his:que a ſingulis pħis ꝓbabilr̃ diſſeruntˀ. Quidã aũt a moꝛalibus inſtituũt fieri principiũ:aiunt enĩ ꝙ oꝛgana medioꝛũ ſũt:ꝛ poſſe eſt ipſis bene ꝛ male vti. Manifeſtãt auté hoc multi rhetoꝛũ ꝛ ſophiſtarũ:prius igitˀ his:qui oꝛganis vtentˀ:opus erit vitã moderari ꝑpter aliqua:nõ enĩ talis eſt edificatoꝛ ꝛ gubernatoꝛ ſpeculatio q̃lis q̃ pħie. ſꝫ ipſamet vita. Uel opus eſt igitˀ ꝑmo:ea que a moꝛalibꝰ inſtitutione:vt demõſtrationes:ſed recte opinãdo nobis moꝛes aſſumentibus ſm nãles de entibus conceptiones. Sed ſi quidé moꝛalia Ariſto.eſſent ſolũ iſtructiões monitoꝛie:ꝛ ſine demõſtratione:quales multe apud Pythagoꝛicos dicebantˀ:rectũ eſſet ab his incipiẽtes moꝛes pre inſtitui ꝑ ipſa. Si aũt ꝛ illa tradidit Ariſt.cũ diuiſiõibꝰ ꝛ demr̃atiõibꝰ maxie ſciẽtificis:q̃uo ſine demr̃atiuis artibꝰ ꝓcedentes ab ipſa poterimus in aliquo ꝓficere. ¶ Foꝛte quidé igitˀ opus eſt oĩno moꝛali ꝑinſtitutione:ſed nõ ea que tradita eſt per moꝛalia Ariſto.ſed nõ per ſcriptã aſſuefactioné:ꝛ ꝑſuaſiões i artificiales:que ſine ſcriptura: ꝛ cũ ſcriptura moꝛes nr̃os dirigunt. Poſtea logice ꝛ demõſtratiue methodi:ꝛ poſt iſtas de moꝛibus ſcientificos ſermones:ꝛ eos qui de entiũ theoꝛia ſcientifice poterimus ſuſcipere. ¶ Quartũ aũt ꝓpoſitoꝛ erat finé pħie Ariſto.iuenire:ex hoc.n.ꝛ reueréciã ipſiꝰ iuenebimur. Finis igitˀ pħie huius viri ſm moꝛes qdé:que ꝑ ṽtutes ꝑfectio:ſm ſpeculationé aũt ad vnũ oĩum ꝑncipiũ aſcenſus:ꝛ enĩ nouit ipꝫ ſcientificé:ꝛ explanauit:ꝛ clara voce exclamauit:non bonũ pluralitas ꝑncipantiũ:cõĩs aũt amboꝛ finis imittendus homini:ꝑfectiſſima felicitas:ad quã nullã excellẽtiã derelinquit Ariſto.alicui ſũme ꝑhantiũ:nõ iam hoĩeꝫ vocare dignificans:ſed deũ:qui ad illã potuiſſet attingere:talia enĩ in vltimis nichomachioꝛ moꝛaliũ magnifice ꝓteſtatur. Ad talé aũt finem ducunt oĩa:que a pħo ſunt ꝯſcripta:hec quidé demõſtratiuã methoduꝫ inſtituentia:hec aũt moꝛes per ṽtutes oꝛnantia:alia vero itellectũ per nãlia ad e.:que ſupra nãm ducentia. ¶ Spẽs aũt locutiõis Ariſto.etiã ſm intellectũ ꝛ ſm litterã cõnexa:ꝛ itellectualis:ꝛ celer:aut enĩ ſolõné cõfeſtiꝫ ſup iducit ad dubitationé:aut multas ꝯnectẽs dubitatiões vna ſolõne:ꝛ hac breuiter ſoluit oẽs. Nuſq̃ aũt voluit ab euidẽtia vel apparẽtia egredi:duplici vero exiſtente euidentia ad fidem:hoc quidé ab intellectu:hoc aũt a ſenſu:cuꝫ ſenſu viuentibus diſputans eas:que a ſenſu prehonoꝛat:ꝓpter qd ꝛ neceſſitas demõſtrationibus ipſius ineſt:ita vt etiã eũ:qui nõ ꝑſuadetˀ ꝓpter quaſdã infoꝛtunatas preacceptiões:tamen neceſſitate coactũ cõtinere opꝫ. Uerũ nũq̃ voluit a natura egredi:ſed ea que ſup nãm:ſed nãm ad aptitudiné ſpeculatˀ:ſicut ecõuerſo diuus Plato ſm Pythagoꝛicã ꝯſuetudiné nãlia ſpeculatˀ ſm ꝙ participant his:que ſup nãꝫ: nõ ſolũ vero neqꝫ fabulis:neqꝫ ſimbolicis enigmatibus: ſicut quidã eoꝛ:qui fuerunt ante ipſuꝫ Ariſto.vſus fuit:ſꝫ pre omni alio velamine obſcuritaté phonoꝛauit. ¶ Que rebat auté ꝛ eius cãm ſermo in ſeptimo ꝑmiſſoꝛũ:ꝛ bene incidit in ipſam ſponte:antiquioꝛibus enĩ putantibus nõ opoꝛtere coriarijs ſuã ſapiam ꝓponere:ad hoc ꝙ eaꝫ ſuſciperẽt ſine laboꝛe ꝑꝑ ꝑlucidã explanationé. Hi aũt fabul̃. hi aũt ſymbolis ipſam abſconderũt:quẽadmodũ velaminibus magna abdita ſacroꝛ. Ariſto.aũt obſcuritaté phonoꝛauit.foꝛte quidem indeterminatã fabularũ ꝛ ſymboloꝛ imitationé recuſans:facile enĩ alius aliter talia excipere ꝑt. Foꝛte aũt ꝛ extimãs talé obſcuritaté magis excitatiuam:vel ſollertiã:egit tñ qd voluit negligẽtibꝰ:neqꝫ fabularé aĩe deductioné ꝓtendere valens:ſed ipſos ita reijciens:vt oĩbus obſcurioꝛ videatˀ. Oꝛ enĩ nõ ĩfirmitate ſermonis obſcuritas libꝛis ipſius euenit:ſciunt quidé ꝛ q mediocriter ſermones ꝑñt diſcernere:qꝛ multaꝫ inſinuat ſermonis virtuté Ari.loq̃la:ita nec ꝑ paucas ſubtilitates ſepe tradat:que nec aliqs vtiqꝫ ꝑ mltos circuitꝰ edoceret. Palã aũt ꝛ ex his:ꝙ in q̃bus voluit mãifeſtiſſime docuit vt in methoꝛis ꝛ in topicis ꝛ in ꝓprijs ſuis politicis:que q dé ꝓpter maioꝛé cõĩtaté theoꝛematũ:planius curauit exponere. Poſſe autem ipſum plane dicere ſignificat maxime epiſtolarũ ipſius ſtilus ꝛ manualis dialogus: qui epiſtolis cõgruit oĩ decentia inſignitus:ꝛ non eſt aliquis maioꝛũ:qui Ariſto.circa epiſtolaré ſtilum ſimilis habeatur. ¶ Laboꝛũ aũt Ariſto.dignum expoſitoꝛé opꝫ nõ oĩno ab ipſius alto itellectu deficere:opꝫ aũt ꝛ eoꝛ:que vbilibꝫ a pħo cõſcripta ſunt expertũ eſſe:ꝛ Ariſtotelice cõſuetudĩs nõ ignarũ:opꝫ etiã ꝛ iudiciũ nõ reꝓbũ hr̃e:ita vt neqꝫ q̃ hñ dnr̃ malo intellectu ſuſcipiẽs reꝓba oñdantˀ:neqꝫ ſi quid indigeat diſcuſſione oĩno penitus ſine peccato cõtẽdat oſtẽdere tanq̃ ſeipm ingerat in ſectã pħi:opꝫ auté vt extimo ꝛ eoꝛ:que aduerſus Platoné dnr̃ ab ipſo:non ad litterã aſpicienté:ſolũ diſcoꝛdiã pħoꝛ iudicare:ſed ad itellectũ aſpicienté in ꝑlimis cõſonantiã ipſoꝛuꝫ conuincere. ¶ Et auditoꝛé aũt bonũ eſſe opꝫ:ꝛ ſtudioſuꝫ ſufficienter ꝛ pre omni ope facere inquiſitioné intellectuũ Ariſtotel̃ frequẽter per ſe quidé ꝛ cũ his que ſimilr̃ amãt adiſcere. Cauere auté opꝫ litigioſam verboſitaté in quã mlti Ari. legentes iciderunt:pħo enĩ ſtudente oĩa demõſtrare per terminos ſcie indemõſtrabiles:ſuperflue ſapiẽtes ad euidentia cõtradicere volunt:oculũ aĩe ipſoꝛũ excecãtes:ad quos ſufficit Ariſto.dicere:ꝙ ſenſu aut verbere opus hñt. Si quidé enĩ attendentes cõtendunt ſenſu.ſi aũt attẽdentes quidem in rationuꝫ virtute:amant honoꝛari verbere. ¶ Decimũ reſiduũ erat premiſſoꝛ q̃uot opꝫ capl̃a:ꝛ que ante Ariſt.negocia prediſcuti:ꝛ ſunt hec in totũ vt̃itas:ꝛ in ſcriptionis cã:oꝛdo lectionis:vt liber ꝓprius pħi.diuiſio in capl̃a.foꝛte aũt nõ incõueniẽs querere:ꝛ ſub quã parté pħie ipſius reducitˀ. ¶ Jntentio quidé eniꝫ recte cognita determinat ꝛ dirigit intellectũ nr̃m:vt non vane ad alia ꝛ alia feramur:ſed ad ipſam oĩa referamus. Utilitas auteꝫ premanifeſta:cõpendioꝛes nos ꝛ ꝓmptioꝛes nos efficit. Cauſa aũt iſcriptionis qñ plana extiterit vt moleſtat voce clamata:ꝛ ꝯtinuat itentioneꝫ. ¶ Auctoꝛ vero libꝛi:qd quidé vt mihi videtˀ:opoꝛtebat pre oĩbus alijs diſcuti:neceſſario preaccipitˀ:patimur enĩ aliq̃d ꝛ ab opione perſonarũ:ꝛ nõ imerito:qꝛ nõ oĩno parati ſumus ad veri diſcretionem:ſed diligimus in aliquibus melioꝛes ſequi:multi enim ſcripti fuerunt ad vltimũ libꝛi in illo precipue tẽpoꝛe:qñ pluriũ regũ circa bibliothecas ſtudentes multo auro alienatos libꝛos redemerũt. ¶ Diuiſio ãt libꝛoꝛ in capitula velut in articulos incidẽs imitatˀ eã:que apud medicos anathemicã theoꝛiã:ſicut enĩ iſtã opoꝛtunitaté vniuſcuiuſq̃ꝫ

uſcuiuſq̃ꝫ partiũ:que tendit ad totũ per reciſioné inuenit ꝛ notitiã certioꝛé cõpoſiti exhibet ſtudens circa ſimplicia ita ꝛ hec diuidens totũ ſub oculis magis ducit:ꝛ vniuſcuiuſqꝫ opoꝛtunitaté ad totã mentioneꝫ oſtendit. Oſtẽdere aũt ad quã parté reducitˀ pars ad totũ: cõnexionem inſinuat. ¶ Sciendũ aũt ꝙ nõ ſemꝑ hec oĩa indigent dearticulatione.ſepe eniꝫ vtilitas cũ intẽtione libꝛi ſimul manifeſta eſt:ꝛ inſcriptio palã oĩbus exiſtit:vt que de aĩa.ꝛ auctoꝛ nõ in oĩbus indiget ꝓbatione:ſed in quibꝰ eſt aliq̃ occaſio totalr̃ ꝯdictionis. ¶ Uideamus igitur ꝛ in ꝓpoſito libꝛo premiſſoꝛũ caploꝛ vnũq̃dq̃:ꝛ ꝑmo videamus q̃ ſit intẽtio:qm̃ ꝛ apud maxime rõnales dubitabilis viſa é. Oꝛ quidé de decé quibuſdã ſimplicibus facit ſermonem: que gñа vocantˀ tanq̃ gñaliſſima manifeſtũ eſt:hoc auté hi quidé voces eſſe dicunt:ꝛ de vocibus ſimplicibus aiũt eſſe intentioné libꝛi:ꝛ qm̃ pars logice eſt prius:tunc igitur liber de ꝓpoſitionibus de vocibus eſt cõpoſitus:ꝛ nõ de rebus:ꝛ iſte de partibus ꝓpõnis exiſtẽs de vocibus vtiqꝫ erit. Adhuc aũt circa ꝑncipiuꝫ libꝛi Ariſto.ait. Eoꝛũ que dicuntˀ:hec quidé ſm complexioné:hec aũt ſine cõplexione dicuntˀ. Et iteruꝫ que ſm nullã complexioné dicuntur vnũq̃dqꝫ aũt ſubam ſignat:tanq̃ de vocibus ſignificantibus exiſtente intentione. Et poſt enumerationé decem generũ ait:vnũq̃dqꝫ dictoꝛũ ipſuꝫ quideꝫ ſm ſe in nulla affirmatiõe dicitˀ.cõplexione aũt hoꝛũ adinuicé affirmatio fit.cõplexione enĩ vocũ:ſed nõ rerũ fit affirmatio. Alij aũt hanc intentioné nõ admittunt:qꝛ nõ eſt pħi de vocibus cõſiderare:ſed gramatici magis paſſiones.ſ.ꝛ figurationes:ꝛ demõſtrationes ipſoꝛũ:ꝛ primitiuationes ꝛ ſpẽs conſiderantis. De entibus auté ipſis: que per voces ſignificantˀ:dicunt eſſe intentioné:ꝛ hec eſſe que dicuntˀ. Et teſtem etiã iſti inducunt Ariſt.dicenté. Entiũ hec quidé de ſubiecto aliquo dicuntur tanq̃ de entibus fit diuiſio. Et iterũ ſuba eſt:que ꝑncipaliſſime:ꝛ ꝑmo ꝛ maxime dicitur tanq̃ de ſuba; ꝛ de alijs entibus fit ſermo. ¶ Sꝫ his oppõitˀ:ꝙ iſte liber ſit pars logici negocij.de entibus auteꝫ inquantũ entia ſunt metaphyſica:ꝛ vlr̃ pꝛia pħia tractat. Alij vero neqꝫ de vocibus ſignantibus:neqꝫ de rebus ſignatis dicunt eſſe intentioné:ſed de ſimplicibus cõceptibus:ſi enĩ de decem gñibus in iſtis eſt ſermo:hec auté ſũt poſterius ꝛ in cõceptione mentis:de ꝯceptibus vtiqꝫ erit ſermo. Oꝛ auté de his:que dicuntˀ ſit.plane dixit Ariſtoteles. Que aũt dnr̃ ꝛ dicibilia ſunt:cõceptus ſunt:vt etiam ſtoycis videbatur. Opoꝛtebat auté iſtos intelligere:ꝙ de cõceptibus ſm ꝙ ſunt ꝯceptus nõ eſt logica:ſed negociũ de aĩa. Sed hoꝛũ quidé vnuſq̃ſqꝫ imperfecte attingit intentioné:ꝓpter qd ꝛ oẽs pro teſte Ariſtotelé hñt:tanq̃ verũ in ꝑte dicẽtes:ꝛ accuſant inuicé merito:ꝛ ipſi recte iteꝛ dirigunt. ¶ Uideamus aũt ꝛ eos q ꝑfectius attigerunt: q̃ꝛ in ꝑmis ſꝫ meã itẽtõeꝫ eſt Alexãder Aphꝛodiſeꝰ:q dixit hũc libꝛũ eé ꝑncipiũ logici negocij:ait enĩ qm̃ oꝛdo ſignat:eo ꝙ ꝑtes ipſius ꝑme ſignant:volens aũt oſtendere qui ſunt:q a ꝑmis ꝛ ſimplicibus ꝑtibus eius ſignant cõceptus diuidit ens nõ in ſingularia:incõpꝛehẽſibilia.n.ſunt hec ꝛ inſcibilia ꝓpter multitudiné:ꝛ ꝓpter oĩmodã ꝑmutationé:ſed in ſuꝑma genera decé iſta:que qdé ꝑdicaméta vocauit tanq̃ gñaliſſima:ꝛ ipſa quidé nulli ſubijciuntˀ. De alijs vero ꝑdicantˀ.vñ de ſimplicibꝰ ꝛ generaliſſimis eiꝰ partibus:que ſimplices res ſignant ꝛ ſimplices conceptus ſimpliciũ rerũ vult eſſe intentioné:eiuſdé aũt opionis fuit ꝛ Alexãder egeus. ¶ Poꝛphirius aũt ait eſſe intẽtioné libꝛi:ꝛ in eo qui iſcribitˀ ad Sedaliũ:ꝛ in eo qui dicitur ſm interrogationé ꝛ reſpõſioné de his q̃ ꝑdicantˀ.hec aũt ſunt ſimplices voces ſignificatiue reruꝫ ſm ꝙ ſignificantium ſunt: ꝛ nõ ſm ꝙ dictiones ſimplr̃. Scdm enĩ ꝙ dictiões ſunt alia hñt negocia:que Theophraſtus tractauit in eo ꝙ eſt vl̃is ſermonis:ꝛ alij qui circa ipſum ſcripſerunt:puta vtrũ nomé ꝛ verbũ ſint ſermonis elñta:vel ẽt articuli ꝛ cõiunctiones:ꝛ alia q̃dã:locutiõis aũt ꝛ he partes:oé ãt aut nomé:aut ṽbuꝫ.ꝛ que ꝓpꝛia locutio:ꝛ q̃ metaphoꝛica:ꝛ que paſſiões ipſiꝰ:puta qd apocope:ꝛ quid ſincopa:quid apheresis:que ſimplices:que cõpoſite:que ſub ꝯpoſite:ꝛ quecũqꝫ talia:ꝛ q̃cũqꝫ de ſpẽbus dicta ſũt:quid planũ in dictionibus:quid magnificũ:quid ðlectabile:qd perſuaſibile ſm ꝙ tñ ſignata eſt dictio ſm genera entiuꝫ dicibiliũ ꝛ dictio qdé ꝑdicamẽtũ dicitˀ tanq̃ de re ꝓmulgata:res ãt ipſa cathegoꝛema.i.id de quo fit ꝑdicatio. Cathegoꝛia igitˀ.ideſt ꝑdicamẽto.vꝫ re exñte cũ dictiõe ſignificãte ipſuꝫ:vel dictiõe ſignatiua ſm ꝙ eſt ſignatiua vtroqꝫ mõ hꝫ rebus ꝑdicamẽtũ. Jnfinitis aũt exñtibus particularibus:ꝛ incõpꝛehẽſibilibus in decé gña reduxit Ariſt. infinita.ſubas quideꝫ oĩum in vnã ſupremã ſubam colligens:cuius eſt ſignatiua ipſa dictio ſuba ſymbolũ exiſtẽs ſube:que eſt in entibus:ſiue ſit hypoſtaſis:ſiue penes intellectũ exiſtat:nihil enĩ hoc quãtũ ad predicamẽtũ differt. Nõ enĩ ſm ꝙ in hypoſtaſi ſũt res ſignificãtur a ꝑdicamẽto:ſed ſm ꝙ cõcipiuntˀ vel exiſtẽtes:vel tanq̃ exñtes. Tripliciter aũt ꝛ in particularibꝰ q̃tis ad gñaliſſimũ quãtuꝫ reductis:aliud ſit ꝑdicamẽtũ ſupremũ.videlꝫ dictio quãti de ſuprema re pꝛomulgata.ſic autem ꝛ qualitas. Aliud auté quoddã genus eſt ipſum ad aliqd:ſub quo oĩa reducuntur:que ad aliqd aliquo mõ ſe hñt:ꝛ ꝑdicamẽtuꝫ aliðeius:que ad aliquid dictionis:ſub qua duplũ dimidiũ:ſeruus dñs:pr̃ filius:ꝛ alia cõtinentˀ. Sedere aũt ꝛ ſtare ꝛ recũbere aliud genus faciunt.ſ.ſituari. Jndui aũt ꝛ armari ſub hr̃e reducũtˀ.i palicio aũt ꝛ in achademia ſub vno genere.ſ.vbi. Et ipſum qñ cõtinet tẽpoꝛis ſpẽs ꝛ ꝑtes. Scindere aũt ꝛ vrere ad facere:ſicut ſcindi ꝛ vri ad pati. Apponit aũt ꝛ dicta Boethi Poꝛphirius mlta ſolertia repleta: ꝛ in idé tendẽtia cũ iã dictis. Dicit eniꝫ ille ꝙ ſm nomé ꝛ ṽbũ diuiſio fit in elementa omnia:ſm predicamẽta auté fit diuiſio ſm ꝙ dictões hñt habitudiné ad entia ſignatiue eoꝛũ exñtes:ꝑꝑ qd ait ꝯiũctiões in dictõe qdé:vel locutione iueniuntˀ:a ꝑdicamẽtis aũt excidũt:nullũ enĩ entiũ ſignant:neqꝫ ſubaꝫ:neqꝫ q̃litaté:neqꝫ aliud aliquid tale. ¶ Palã igitˀ ex dcis: ꝙ neqꝫ de vocibꝰ nudis:neqꝫ ð ipſis entibꝰ inquãtũ entia ſunt:neqꝫ de cõceptibꝰ ſolũ viri iſti libꝛi intentioné eſſe dicũt:ſed de vocibus quidé ſimplicibus ꝛ dictionibus:qꝛ logici negocij eſt ꝓemiũ:inquantuꝫ auté ſignificatiue ſunt entiũ ꝑmoꝛũ ꝛ ſimpliciũ:ꝛ non inquantũ diuinantˀ:aut figurantˀ: añ paſſiões aliquas ſuſcipiunt:ꝛ ſpẽs hñt qualeſcũqꝫ:q̃ qdé oĩa tractat ſpeculõ:q̃ é de dictionibꝰ vt dictões ſunt. Palã aũt ꝙ vt de dictiõibꝰ: ſm ꝙ ſignant agitˀ:neceſſe eſt ꝛ res ſignatas cõnecti ꝛ cõceptus qui fiunt ſm ſignationes:ꝑꝑ qd ꝛ quid ſignat vnaqueqꝫ dictio docẽt:ꝛ res ꝑ ſingula ꝑdicta determinãt:ꝛ diuiſione eadeꝫ vtitˀ. Hic vero de ſignatiuis dictiõibus eſt ꝑncipalr̃ intẽtio:ꝛ imediata:vt docet de entibus inquãtũ entia ſunt. Similr̃ aũt ꝛ in logicis velut in topicis:ꝛ i ethicis:nichomachijs:ꝛ in alijs tractatibus hac primoꝛ generũ diuiſione in decé vtitur:tanq̃ vbiqꝫ eadé exiſtente diuiſione:ꝛ hic quidé cõueniẽter logico negocio accepta ſm ſignatiuas dictiones:alibi aũt cõueniẽter ſpeculationi de entibus ſm entiũ exiſtentiã:neqꝫ ſignatiuis dictionibus oĩno ſequeſtratis ab entium nã: neqꝫ entibus remotis a noĩbus ipſa ſignare natis:ſed neqꝫ cõceptibus extra nãm amboꝛũ entibus:prius enĩ vnuꝫ exñtia tria hec poſterius diſcreta ſunt. Nã intellectus quidé ipſas res:quaꝛ eſt ipſa intelligẽtia:idé hꝫ ipſa entia:ꝛ ipſos entiũ cõceptus ꝓpter indiuiſaꝫ vnioné:ꝛ vocis ibi nulla eſt opoꝛtunitas:anima

aūt ad intellectū quidē cōuersa eadē scdario hꝫ:quādo ge
neratiuas:ꝛ nō speculatiuas solū hꝫ in seipsa rōnes. Sece
dens aūt hinc:ꝛ eas que in ipsa rōnes entiū separans:ꝛ ꝓ
pter hoc simulacra ipsis formis faciēs:secedere facit a re
bus intelligentiā:ꝛ tanto magis:q̄to ꝛ a silitudine ad ītel
lectum semota est:ꝛ tandē amat cōsonos rebus cōceptus
exercere:decidēs aūt in gñationē:ꝛ obliuione repleta indi
get visu: indiget etiā auditu ad remotionem. Indiget enī
eo ꝙ iam vidit veritatē per vocē ab intellectu ꝓlatā mo
uente intellectū in se iam refiguratū:ꝛ ita vocis oportuni
tas facta est ꝓxime quidē cōceptibus assimilari studētis:
per cōceptus quidē rebus adaptate:ꝛ ꝯiuncte ad ipsas: vt
nō frustra voces dicantur:sicut si moueāt in audiente in
tellectū motū a cōceptibus. Ab ītelligētijs enī ꝓcedētes
intelligētie ꝛ ipse mouent eque:ꝛ aptant eas:que discipuli
ad eas q̄ doctoris intermedie amboꝝ facte. Intelligentie
aūt cōueniēter mote adaptanť rebus:ꝛ ita fit entiū cogni
tio antopby.i.per se nālis amor aīe adipleť:ꝛ est vox ter
minus opationis aīe:extremoꝝ aūt est in p̄ncipia cōuer
ti:ꝓpter qđ ꝛ vox aīas semotas ab ītellectu:ꝛ ab entibus
ꝛ segregatas ab inuicē cōducit ad cōsensum:ꝛ rebus facit
cōgruum:ꝛ ad intellectū remittit ꝛ efficit nō solū velle si
ne voce esse:sed neqꝫ cogitationes rerū alteras hr̄e.ita igi
tur que adunatiue in ītellectu p̄accepta erāt ptita est aīa.
tū etiā in dictione adinuicē habitudinē ꝯseruauit. ¶ Est
igiť ex dictis palā:ꝙ intentio quidē est logico ꝯgrua nego
cio de simplicibus:ꝛ p̄mis:ꝛ gñalibus vocibus ſꝫ ꝙ signā
ter sunt entiū:cōdocenť aūt semꝑ ꝛ res ab ipsis signāte ꝛ
cōceptus ſm ꝙ signantur res per voces: ꝛ ista his:qui pe
nes Alexādrū:ꝛ Herminū:ꝛ Bohetū:ꝛ Porphiriū vnr:
ꝛ diuus Iāblicus ita sentētiat:ꝛ Syrianus explanat:ꝛ nr̄i
doctores acceptant. ¶ Sed qm̄ de vocibus ostensa est in
tentio: vocū aūt he quidē sunt simplices.he aūt cōposite:
de simplicibus vocibus p̄mis est:ꝛ prima ꝛ gñalissima en
tium signantibus per medios simplices ꝛ post cōceptus.
Simplicia aūt in denariuꝫ cōduxerūt Pythagorici sicut
Archytas:cui ꝛ Plato cōsentit:sicut in libro de vlibus rō
nibus docuit:quē etiā Aristo.secutus fuit etiā vsqꝫ ad ver
ba:itātū solū:vt videť quibusdā varians:inquātū ipsum
vnū nō cōreputat ipse:vnū dico ipsoꝝ decē cōtentiuꝫ:ꝛ
ꝙ ſm nām nouū nō acceptat. ¶ Utilis āt hoꝝ doctrina
ad introductionē totius pħie:ꝛ logici negocij. Palam enī
ꝙ simplicia ad elemētationē sunt ydonea:ꝓpter qđ ꝛ geo
metra a simplicibus inchoās de triāgulis p̄mo:ꝛ de qua
drāgulis ꝯñter docet:ꝛ tūc de pentagonis:ꝛ ꝯñter de mul
tigonis:ꝛ qui circa nūeros studuerūt:ꝙ par:ꝛ ꝙ īpar:ꝛ ita
ꝙ pariter impar:aut impariter par tradiderunt. Qđ autē
vtilis sit ad logicū negociū:ꝙ a simplicissimis dictionibꝰ
p̄ncipiū manifestū est.hinc theoria ꝛ opatio ecōuerso pro
cedētibus.Et enī theoria quidē a fine īcipiēs recte ad p̄n
cipiū ꝓcedit:opatio aūt a p̄ncipio ad finē ꝓgrediť:sicut in
domo:theoria quidē ipsam oportunitatē mox aspicit:pro
pter quā est domus:qꝛ ꝓpter ꝓtectionē a ventis:ꝛ imbri
bus ꝛ caumate.Et īcipiēs a fine:ꝛ qualr̄ ipse fiat cōsiderās
inuenit ꝙ ꝓtectionē sine parietibus supponi impoſſe est:
parietes aūt sine fundamētis nō ē poſſe collocari: ſꝫ neqꝫ
hec fundari anteq̄ꝫ terra fodiať:ꝛ hec desinit. vñ operariꝰ
inchoās p̄mo quidē fodit terrā.deinde fundamenta iacet
ꝛ insuꝑ edificat parietes:ꝛ vltimo tectū imponit:ꝛ h̄ igiť
simile obſua.Sicut.n.domo īdigemꝰ ꝓhibēte corruptio
nē:que fit a ventis:ꝛ imbribus:ꝛ caumate:ita ꝛ demōstra
tione indigemus ꝓhibēte corruptionē a falso in theoria:
ꝛ eā q̄ a malo:ī opatiōe q̄ p̄ncipalr̄ vtiqꝫ vocať corruptio.
Et enī sicut in speculatione opponiť vero falsum: ita ꝛ in
practica pħia opponiť malo bonū:ꝛ indigemus quodam
organo segregante ipsa:vt nō falsis pro veris:ꝛ malis pro
bonis incidamꝰ.h̄ aūt ē demr̄atio iudicatoriū.vꝫ.singulo
rū:nō cōcedens seduci:ꝓpter debile forte vestigiuꝫ veri:
aut boni:ſꝫ denudans oīa ꝛ discutiēs.Sicut igiť domū q̄
liter fiat cōsiderātes in fossura terre desinimus:ita ꝛ de
mōstrationis generationē cōsiderātes:qm̄ demonstratio
dicit qđ cū inest:ꝛ qđ cū nō inest nō simplr̄:sed etiā causā
adiciēs:ꝓpter quā inest:aut nō inest. Palā ꝙ non simplr̄
oīno:sed collectio pluriū.i.inexistentis:ꝛ qui inest:ꝛ esse in
duas ꝓpōnes:aut minimū collectoꝝ.Qui enīꝫ ostēdit ꝙ
aīa est īmortalis per hoc mediū:ꝙ est ꝑ se est mortalis:ꝙ
per se mortale est īmortale:ꝛ ita inducit ꝯclusionē:ꝙ aīa
sit īmortalis.Syllꝰ igiť demōstratiuus est demōstratio:
q̄uo aūt adiscemus demōstratiuū syllm̄:vbi simplr̄ syllꝫ
didicerimus:neqꝫ scribere hoc mō: vl̄ illo poterimus:nisi
simplr̄ scribere didicerimꝰ. ¶ Syllꝫ aūt simplr̄ q̄uo ꝯue
nit adiscere:nisi ea:ex quibus cōstituiť:didicerimus. Hec
aūt sunt ꝓpōnes:sed ꝛ he ex noībus sunt ꝛ verbis:ꝛ his q̄
dem subtis:his aūt p̄dicatis:horuꝫ igiť noticia opus est:ꝛ
neqꝫ vsqꝫ ad hoc hꝫ finē resolꝰ:ꝓcedit enī hec simpliciuꝫ
vocū speculꝰ:ſm quā oīa noīa sunt:ꝓpterea ꝙ p̄ma posi
tio vocū tanq̄ꝫ noīuꝫ est. Hoīes enī indigentes signare in
uicē res:qꝛ animi intelligētia distabant:īposuerunt q̄dē h̄
nomē corpus:huic autē dextruꝫ:ꝛ alij aut facere:aut pati
nondū existente differētia ſm quā:ꝛ quidē subicerenť.h̄
aūt predicarenť:ꝛ hec quidē cōsignāt tp̄s.hec autē non.
Precedit igiť simpliciū vocū speculꝰ:ꝛ ab hoc incipiēdū
ei:q̄ demōstrationē cōdit. ¶ Merito igiť a p̄dicamētis
incipimus:qm̄ per ipsa ad significatiuū sermonē:ꝛ ad res
signatas introducimur:a simplicioribus ad magis cōpo
sita:post simplices enīꝫ voces quid nomē:ꝛ qđ verbū do
cemur.deīde quid affirmatio ꝛ quid negatio:ꝛ que eorum
differētie:que quidē in libro peryarmenias docemur.dein
de quid terminus:ꝛ quid ꝓpō:ꝛ qđ syllꝰ:ꝛ que eoꝝ syllo
rū spēs:ꝛ quot figure per singulas:ꝛ per singulas figuras:
quot sunt modi:de q̄bus instruimur per p̄ora analetica:ꝛ
ita ad demōstratiuū negociū deuenimus:qđ posterioruꝫ
analeticoꝝ inscripsit Aristote.Merito igiť a libris predi
camentoꝝ incipimus logicū negociū:ꝛ totā pħiam:ꝛ ha
bemus ex dictis traditū ordineꝫ lectionis libro propositi.
¶ Sed ꝛ dignū est querere que sit cā inscriptionis. Primo
aūt ſm quot modos inscribiť:ꝛ que inscriptionuꝫ magis
accepta.Et enī hi quideꝫ ante topica inscripserunt libruꝫ.
Hi āt de generibus entis. Alij v̄o de decē gñibus. Alij de
cem predicamēta. Alij p̄dicamēta:sicut ꝛ nūc cōiter inue
niť.Sꝫ qui quidē ante topica inscripserunt:ꝛ hunc ordinē
libro dederunt:incōueniētes sunt:nō enī sola topica pre
cedit:sed inter logicos ante syllogisticā vel analecticā eē
theoriā ꝛ ante eā:que de ꝓpositionibꝰ quā peryarmenias
inscribunt. In ea aūt:que de entibus theoria:totaꝫ p̄cedit
pħiam traditio simpliciū:veluti docēs de simplicissimis:
vel de maxime elītis. Qm̄ aūt nō leuis est vir iste:q̄ post
predicamēta mox libros topicos ordinauit.Sꝫ Adrastus
Aphrodiseus vir precipuus inter pypateticos:qui in libro
de ordine pħie Arist.post librū predicamētoꝝ topica vult
ordinari:aliquā vtiqꝫ habebit rōnabileꝫ cām viri sensati
iudiciū. Aut qꝛ precedere quidē oꝫ semper notius simpli
cium vocū:que per librū predicamentoꝝ habeť:ante de
monstratiuā aūt methodū:ꝛ ante methodū sylloꝝ:ꝛ pro
positionū ipsaꝝ necessario precedētiū eam:que ex ꝓbabi
libus:ꝛ ꝓbabilr̄ syllogizatis:tradit methodū: ꝓpter quid
qm̄ ſm syllm̄:ꝛ hoc precedit:predocet:ꝛ in hoc qđ est ꝯue
niēs syllꝰ:sicut ꝛ in p̄oribus analecticis.Si enī a ꝓbabili
bus ad demōstratiua:ꝛ a verisilibus ad ea que modis oī
bus sunt vera:ꝓcedere opꝫ:merito dicet vtiqꝫ Adrastus
ꝙ topicū

ꝙ topicū negociū p̄cedit demōstrationē:ꝛ ea que ante de
mōstrationē necessario p̄accipiunť:sed hec quidē verisilr̄
sī tamē ꝓbabilr̄ dicta sint. Incōueniens aūt vere pre topi
cis libris īscriptio: simplices enī voces imediate p̄cedūt
ꝓpōnes:que fiūt ex ipsis:ꝛ syllꝰs:qui ex illis. Qui aūt de
generibus entis:vel de decē gñibus inscribunt:sicut Plo
tinus:videť in ea que ad predicamēta repugnātia:ad res
aspiciunt solū:ꝛ nō ad logicā intentionē.gña enī entis sūt
ipse res:ꝙ aūt non de entibus intentio sit:sed de vocibus
ipsa signantibus ſm ꝙ signatiue sunt:dictum est ꝛ prius.
Plane aūt ꝛ ipsemet ondit dicēs. Unūqđqꝫ dictoꝝ ipsuꝫ
quidē ſm se in nulla affirmatione dici:cōplexione aūt ho
rū ad inuicē affirmationē fieri:si enī affirmatio in voce:ꝛ
sermone:vtiqꝫ erit de entibus intentio:nō enī reꝝ cōplꝰ
affirmatio fit:ſꝫ q̄ signatiuarū vocū.Si aūt ꝛ vnūqđqꝫ h̄
traditorū:aut subam signare ait:aut quātitatē:aut q̄lita
tē:aut ad aliquid:que vero signant nō sūt ipe res.signanť
enī ille:sed voces sunt:que signant.palā ꝙ nō de entibus:
sed de vocibus signātibus entia est negociū.Sꝫ qm̄ apud
p̄les inscribiť cathegoria: qđ sonat accusationes:cām hu
ius querendū:nō enī eas: que per eā īclinatiōes qualiter
opꝫ fieri per hunc librū docemur. Rhetorū enī ꝛ nō pħo
rū tale studiū:ꝛ opponiť tali kthagos:qđ est accusare ipm
a Kategoriᵐᵉ:qđ est rōnē reddere. ¶ Sꝫ Porphirius q̄
dē simplicius exponēs agoremur.i.dicere ait res ſꝫ aliqđ
signatū de cathegoria.i.p̄dicare. ꝛ vlr̄ dicere dictionem
signatiuā de re.vnde ait.Oīs simplex dictio signatiua:qm̄
de re quā signat ꝓnunciať:diciť cathegoria.i.p̄dicatū:dr̄
ita etiā per verba dicēs:ꝛ hac rōne hec dictio Socrates ꝛ
ꝑticulariū vnūqđq̄ꝫ signis:simplex dictio cathegoria vti
qꝫ dicetur:ꝛ ita non de gñalissimis:sed de simplicibus di
ctionibus erit sermo. ¶ Melius igitur alij dicunt cathe
gorias inscribi:qꝛ de gñalissimis sūt: que p̄dicari sūt enū
ciatiue:nāqꝫ oīs in qua verū cōsistit ꝛ falsum:hoc quideꝫ
est subm̄:de quo sermo est.hoc aūt de isto diciť:qđ quidē
predicatū tanq̄ꝫ de subto dictū vocať.puta.Socrates hō
est:subijciť quidē Socrates:predicať autē hō:ꝛ subijciť
quidē ꝙ magis ꝑticulare:p̄dicať autē vlius:ꝛ impoſſe est
ī proprie p̄dicatis cōuerti:nō enī poſſe est dicere:ꝙ hō So
crates est:neqꝫ ꝙ aīal hō:sunt aūt hec q̄dem solū p̄dicata
vt in ysagogis Porphirij dictū est:gña.videlꝫ gñalissima
hec aūt solū subijciūť vt singularia:ꝛ enī gñalissima alia
participāt:ꝓpter qđ ꝛ dñr de ꝑticipabilibꝰ ipsa añ alijs nō
participant:ꝓpter qđ aūt p̄dicatoruꝫ nulli subijciūť:ipis
indiuidua aūt ꝑticipāt:q̄ supra ipsa:ꝛ ꝓpter hoc subijciū
tur illis:a nullo aūt vt vlia participanť: ꝛ ꝓpter hoc aut
a nullo predicanť.Si igiť de suppremis gñibus est inten
tio libri:merito inscriptus est p̄dicamēta.ꝛ eniꝫ Archytas
etiā eandē intentionē habēs libꝝ de vlibus rōnibus īscri
psit:vlibus semꝑ predicatis:de his que sūt sub ipsis.nūq̄ꝫ
vero subiectis.Si aūt extraneum videatur nomen ꝓpter
cōsuetudinē positū:nihil est mirū.Deficientibus enī no
minibus respectu rerū pħi nō solū cognoscere res volen
tes:que ab his ignoranť:coguntť ꝓferre:q̄nimo volentes
exprimere his:qui desiderant adiscere:aliq̄ñ quidē nomi
na fingere cōpellunť:sicut ipsemet Aristo.endelechie no
men adinuenit.Aliq̄ñ aūt vsi sunt his:que imposita sunt
alijs cōueniēter transferentes:sicut nunc nomie cathego
rie.Cathegorice aūt inscriptus est liber:ꝛ nō de cathegori
cis:qꝛ cōsuetudo est sepe:nomē de quo est sermo:in recto
casu prescribere ante librū:ita liber de Thenustodeo inti
tulať Thenustodes ꝛ qui de policia:policia. ¶ Or autem
sit ꝓpriuꝫ pħi maxime q̄dē signat sniaꝝ frequētia:ꝛ inuo
lutio dissertionis ſm intellectiuā Aristo.progrediētē vir
tutē:ꝛ ipsemet meminit huius libri in alijs decē cathego
rias ipsum vocans:vt nō existimemus ipsum memorař
Archite libri: qui aliā inscriptionem habꝫ. Aut igiť illos
libros opꝫ repudiare:in q̄bus meminerūt huius:aut neqꝫ
hunc spernere:sed ꝛ studiosissimi socioꝝ ipsius receperūt
librū:tanq̄ꝫ ꝓprium eius. Ad hoc aūt libro nō prescripto
Aristo.esset vtiqꝫ sine p̄ncipio:ꝛ sine capite: ꝛ oīs q̄dē Arī
stotelis pħia.precipue aūt logicū negociū. Narrat autem
Adrastus in libro de ordine librorum Aristo. ꝙ fertur ꝛ
alius p̄dicamentoꝝ liber:tanq̄ꝫ Aristo.sit etiā ipse: q̄ bre
uis ꝛ cōpēdiosus est ſm litterā:ꝛ diuisionibus paucis ab
illo differens:p̄ncipiū hn̄s tale.Entiuꝫ hec quideꝫ sūt ꝛc̄.
multitudinē aūt versuum:et vsqꝫ eundē dicit:breuem ar
cham dixit:tanq̄ꝫ cōpendiose vniuscuiusqꝫ conaminibus
expōnis. ¶ Restat aūt de diuisiōe libri in talia:qđ remā
serat dicere:ꝙ aliqui nō attendentes:qualr̄ minutatiꝫ di
cta sint:ꝛ qualr̄ cōplent hn̄ oportunitatē ad totam inten
tionē:ꝛ qualr̄ soluant cōtinuationē adinuicē.puta cū alia
posita esse q̄si accumulatim sermo de hypomnematicis
hoc est vt scribunť aliqua ad rememorationē.q̄nimo cō
tradicunt etiā q̄dā ipsi spernētes diuisionē.hi quidē tanq̄ꝫ
abundantē frustra:hi aūt tanq̄ꝫ multa pretermittentem.
sicut Cornutus:ꝛ Athenodorus: qui intentionē existimā
tes esse de dictionibus ſm ꝙ dictiōes sunt:multas dictio
nes proferētes:has q̄dē ꝓprias:has aūt topicas:existimāt
redarguere diuisionē:tanq̄ꝫ nō oēs dictiones cōprehēden
tem:que etiā diuisionē noīum putant fieri in equiuoca:ꝛ
vniuoca:ꝛ denoīatiua:ꝛ existimant librū esse aceruū quē
dam oīmodorū theorematū logicorū.s.ꝛ nāliū: ꝛ mora
liū ꝛ theologicoꝝ.Esse enī que quidē de equocis:ꝛ vniuo
cis:ꝛ denoīatiuis theoremata logica dicūt.Ad hoc auteꝫ
ꝛ idē qđ est de oppōnibꝰ:que aūt de motu nālia:moralia
vero que de virtute ꝛ malicia:sicut theologica sunt specu
labilia:que de decem gñibus:nō autē ita se habꝫ veritas:
neq̄ꝫ enī diuisionē facit noīum:nō enī vtiqꝫ p̄termisissent
multinoīa:ꝛ alternoīa. Sed est libꝝ diuidere q̄dē ī tres
magnas ptes:ꝛ in p̄ma quidē debētur q̄dā ad p̄dicamen
ta futura vtilia.s.quid est equiuocū:qđ vniuocū:quid de
nominatiuū:ꝛ enī dicturus erat:ꝙ que quidē in subto pre
dicanť equiuoce:qđ aūt de subto vniuoce:ꝛ qđ dnoīatiue
a qualitate dñr qualia:ꝛ a quātitate quāta:vt igiť nō īter
rumpať cōmunitas doctrīa docēte ipso de istis:in medio
autē si remaneāt in expōne totū librū reddant obscuruꝫ
merito preaccepit ipsoꝝ dearticulationē. Scōm aūt capi
tulū de ipsis decē generibus pertractat.Capl̄m vero de q̄
busdā disputat:quorū meminerit in his:que de sermōibꝰ
predicamētis:ꝛ horū certiorē intellectū tradit dicens:qđ
est simul:qm̄ que ad aliqđ dixit simul existere:ꝛ quot mo
dis diciť prius:vt nō dicente ipso:nunc quidem hanc sub
stantiā esse priorē alijs:alia aūt aliā cōtradicere ipsum ad
seipsum existimemus:sed sciamus ſm ꝙ signatū prioris
dicta est ista prima:ꝛ ſm ꝙ ista.Et de motu etiā dicit re
cordatus ipsius:vt de facere ꝛ pati loquiť:ꝛ opposita diui
dit:recordatus etiā horū in his:que ad aliqđ:ꝛ in q̄busdā
qualiū.Cur igiť nō etiā ista preordinauit ante sermoneꝫ
de predicatis:aut ꝓpter qđ nō etiā illa post predicamēta
induxit:cū inquireret: Porphirius soluit dubitationē hn̄s:
qꝛ illa q̄dē ignorauerāt penitus quantū ex consuetudine.
horū aūt intellectus habemus q̄dē aliquos.nō tñ neqꝫ ip
sorū certam sniam.Uolens igiť sermonē de ipsis predica
mentis multū postponere distulit ista in posterū non co
actus ipsa predocere ꝓpter aliqualē ipsorū intellectū pre
existentē:neqꝫ noticiā de ipsis inartificialē remāere apđ
auditorē cōcedens:ꝛ enī si vtamur aliquibus ex cōsuetu
dine noībus:tamē aliquādo nō cognoscimus ipsorū nās
certitudinalr̄:ad quas respicientes noīuꝫ impositores ipa

protulerunt. Hec quidē igitur dicta sunt de diuisionibus libri in sua capitula. ¶ Si aūt ꝛ sub qua parte Aristo. philosophie reponatur velit quis adiscere. palam ꝙ sub organica. Logici enim negocij partem ꝑmam obtinere ostensa est: que de simplicibus nominibus doctrina: logica aūt tota est pars organica philosophie: veluti canones: quemadmodum regule fabrorum ꝛ carpentariorum.

¶ Aristotelis ꝑdicamētorū tractatus primus: qui ante ꝑdicamēta nūcupat̄. Simplicij commentarijs feliciter incipit.

Equiuoca dicunt̄: quorū nomen solum cōmune: que vero ſm nomen ratio substantie altera. puta animal homo: ꝛ qđ pingit̄. Hoꝝ enim nomē cōmune solū: que aūt ſm nomē ratio substantie altera. Si enim assignet quis est ipsoꝝ: vtrilibꝫ ſm aīal esse ꝓpriā vtriuslibet rationem assignabit.

Dubitant qui circa Nichostratū: cur ꝓponēs dicere de predicamentis nō statim de ipsis: sed de alijs docet. scꝫ de equocis: ꝛ vniuocis: ꝛ dnoīatiuis. Ad quos rn̄dit Porphirius: ꝙ in vnoquoqꝫ fere speculatiuo negocio prescribunt̄ quedā ad explanationē sequētiū: vt in geometria diffōnes: ꝛ dignitates: ꝛ petitiōes: ꝛ hic igitur qm̄ de primis dictionibus: que sunt primarū ꝛ simplicium rerū sign̄atiue: ꝓponit dicere: sub quibus oportebat alia oīa reduci: sed ꝙ vniuscuiusqꝫ rei vnū esset propriū nomē sub vna cathegoria quelꝫ reducent̄. Si autē idem nomen esset rerū pluriū: ꝛ ſm substantiā differētiū discretione opus eēt. Aliquādo enī palā: ꝙ sub vna cathegoria reducunt̄: aliqñ aūt non: sicut homo aīal vocatur ꝛ equus: ꝛ iteꝝ aīal Socrates: ꝛ Socratis imago: que est colorū ipsius figuratio. Hoꝝ enī homo quidē ꝛ equus eadē sub̄a aīalis ꝑticipantes vniuoce de ipsis ꝑdicata sub vna cathegoria reducunt̄. Socrates vero: ꝛ qui pingitur: velut sub̄a aīalis nō participātes ambo: sed hic quidē substātia hic quidē colore: vel figura suꝑficiali nō sub eadeꝫ cathegoria reducunt̄: sed Socrates quidē subto: qui pingitur sub qualitate. oportebat igit̄ precedere de equiuoco ꝛ vniuoco. Or auteꝫ oportuna est equiuocorū ꝑacceptio: isinuauit Andronicus ꝑordinās. Eorū que dicunt̄: hec quidē sine cōplexione dicunt̄: hec aūt cū cōplexione: ꝛ eoꝝ que sine cōplexione equoca quidē dicunt̄: quoꝝ vnū soluꝫ nomen cōe: quare oportunuꝫ videt̄ equiuocoꝝ ꝑacceptio: ꝛ ꝓpter dicta: ꝛ qꝛ multa existēte dubitatione de ente si sit genus: vel nō: ex equocis ꝛ vniuocis cognoscit̄. ¶ Diuus aūt Jamblicus ait. Videt̄ mihi oīuꝫ pulcherrimū a predicamētis incipere: veluti de equocis ꝑtractās. Ipsa eniꝫ ꝑdicamēta aliqñ equiuocū hn̄t ꝑdicamēti nomē. reb⁹ enī quidē ꝛ totis gn̄ibus differūt nihil: ꝙ aliud predicatur nomen solū habēt cōmune: ꝛ ipsum quidē cathegoria. idest predicare equiuoce dicit̄. Si igit̄ nō cōuenit ipsum ydioma ꝑdicamēti itelligere: neqꝫ qualr̄ cōiter pluribus cōueniat: ꝛ ad oīa entia habitudineꝫ habeat: possibile est inuenire: non aliquis equiuoca dubitauerit: merito in ꝑncipio de ipsis sermonem facit. ꝛ alias quideꝫ ad sophisticas molestatiōes nihil est tale: quale dilatare nomina: ꝛ hoc etiā Plato dicit in euthidemo. Confitentur ꝛ alij omnes ꝙ quantū ad duplicitatem nominū exhibemus magnā occasionē ad dialecticam tradidit. Sed videamus qualiter Aristoteles equiuocorum naturam manifestauerit: qualiterqꝫ ipso explanante dictionē rerum quālibꝫ per nomen declarauerit: ꝛ per rationē descriptiuā: vel diffinitiuā. puta homo per ipsum: hoc nomen homo: ꝛ per diffinitiuam rationē dicentē animal rationale mortale: nomine qdeꝫ ipsum declarante monoydes: diffinitione polymeres. Sꝫ nomen quidem symbolū existens: possibile est ꝛ alterius alicuius ſm substantiaꝫ differentis idem esse: veluti picti hominis ꝛ illius symbolum factum. Rationem auteꝫ expressiuam substantie impꝛsibile est alteri ſm substantiaꝫ differenti esse eandē. ¶ Sciendū est igitur ꝙ quecunqꝫ ſm nomen cōmunicantia differunt ſm rationē: hec vocātur equiuoca: quecūqꝫ autem ecōuerso ſm rationeꝫ qdē cōmunicāt: ꝛ ſm nomen differunt: hec vocant̄ multinomia. puta hominis diffō vna: nomina plura meros: brotos: ꝛ siquideꝫ talia nomina sunt hominis. Que auteꝫ cōmunicant ſm ambo: ſm nomen. s. ꝛ rationē: vocant̄ vniuoca: naꝫ homo ꝛ equus cōmunicant noīe animalis ꝛ diffinitione: ambo enim animalia ꝛ substantia animata sensitiua: ꝛ ꝓpter hoc vniuoce de ambobus aīal predicat̄. Que auteꝫ neqꝫ ſm nomē: neqꝫ ſm rationē cōmunicāt: vocant quidam alternomia. sunt autem ſm veritatem altera: ꝛ maxime quādo neqꝫ suppositum habuerint cōmune: vt ascensus ꝛ descensus scalam: que enim talia: magis vtiqꝫ alternomia adicentur. Sunt autem quedā que sic quidem cōmunicant ambobus: sic aūt differunt: vt q̄ dicuntur denominatiua. vt cuꝫ ab albedine album dicit̄ ꝛ grāmaticus a gramatica. ¶ His igit̄ qnqꝫ ex dictōe manifestatis equocis: vniuocis: mltinomijs: alternomijs: denominatiuis: tria sola nūc suscepit Arist. equoca: vniuoca ꝛ denominatiua. Forte quideꝫ ꝛ his solis vsus in libro de predicamentis: forte ꝛ tanq̄ ex duobus hoꝝ facilis sit noticia sibi oppositoꝝ. Qui enim nouerit equiuoca: que ſm nomen nihil cōicant: ꝛ ſm rationē differunt: sicut multinomia: que rationē cōmunē habent differentia ſm noīa. ꝛ iterum qui nouerit que ſm ambo cōmunicant: sciet alternomia differentia ſm ambo. forte igit̄ ꝛ ita dicet vtiqꝫ aliquis recte breuitatē Aristotelis cōiecturans. Rectius autem vt videtur Syriano pħo derelicta duo. scꝫ multinomia ꝛ alternomia ad elocutionis institutioneꝫ respicere magis q̄ ad ipsum rerum intuitum: ꝓpter quod in rhetoricis artibus: ꝛ in negocijs talibus oportunius de his disputabit: in quibus multis modis dicere per mltinomia docebit. ꝛ altera per naturam: per alteranomina proferre vt planius: ꝛ sine cōfusione sermo videatur. Hic auteꝫ de equiuocis ꝛ vniuocis disputat realem differentiā habentibus: ꝛ primo de equiuocis tanq̄ de indigētibus simpliciori noticia. ꝛ ſm vnum aliquid cōmunicantibus. s. ſm nomen. Deinde de vniuocis cōmunicantibus ſm ambo. scꝫ nomen ꝛ rationem: ꝛ cōsequēter de denoīatiuis: cōmunicantibus quidem ſm nullum horum perfecte. Dico ſm nomen ꝛ rem. medijs autem existentibus inter equiuoca ꝛ vniuoca. Diuus autem Jamblicus propter hoc ait preponi sermonem de equiuocis tanq̄ de simplicioribus: qꝛ predicamenta equiuoce sunt predicamenta: q̄uis naturā habeant: vt vniuoce predicētur de sub ipsis. Sed hoc ipꝫ quod est predicamenta esse: ꝛ genera generalissima: non vsqꝫ ad nomē solum hn̄t cōmune. imo ꝛ ipsa eius: quod est predicari natura: hoc est esse generalissima conueniēs est. ¶ Dubitant autem ꝓpter quid: cū de dictionibus propositum sic dicere: ꝛ non de ipsis rebus. tamen de equiuocatione quidem nihil dicit: de equiuocis autem docet: q̄tis poꝛ sit itellectus equocationis: si qdē ab illa equocata ¶ Et solonē ad hoc hn̄ inducunt: ꝙ a rebus fiūt equiuoca

manifesta:

plib⁹ spēbus:aut īdiuiduis:neq̄ȝ in eadē:talis aūt exn̄s
drn̄a si nō suba est:neq̄ȝ accn̄s est idem dr̄e non est de
subto:neq̄ȝ in subto:qđ vtiq̄ȝ erit:nā omnia q̄ sunt : vel ī
subto sūt:vel nō in subto:necesse ḡ q̄litatē subalem esse
drn̄am cōpletiuā sube: vel mediam q̄litatis:ꝛ sube cōe
q̄ddā vinculū exhibēteȝ:subyͤs q̄dē ad accn̄tia:accn̄tib⁹
v̊o ad subas:nā.n.non amat immediate a ꝯ̄riys ad ꝯ̄ria
trāsire:sic̄ neq̄ȝ ab aīalib⁹ ad plātas:ſȝ intermediā q̄ddā
naturam .s.i stituit ꝯnectiuā amboꝛum extremoꝛum: ꝛ
cōpletiuā vel colligatiuā amboꝝ adinuicē:ꝛ h̄ igit̄ me/
diā instituit drn̄am ſm aliq̄ q̄dē:vt sepatā ab ambob⁹:
ſm alia v̊o vt āmbob⁹ ꝑticipāteȝ. ¶ Alia v̊o est opinio di/
cētiuȝ nō solū completiuā esse sube drn̄am:ſȝ ꝛ ps ipsi⁹
vel ſm cōpꝛehēsionē subti ꝯsideratā:vel ptē exn̄tē eius
q̄ ſm spēm sube:vel coalteratā hitudinib⁹ ad subtū tan/
q̄ȝ circa ipm̄ aliq̄liter ipa disponat̄ drenter:tot igitur se
cte sūt de drn̄s. Util' āt est:specl'atio de ipis ad totā pre/
dicamētoꝝ doctrinā:in oib⁹ igit̄ sūt ꝑdicamētis dr̄e. Sȝ
q̄ sit melioꝛ opīo de drn̄a iter drn̄as dignū est ꝯsiderare.
Aut ꝙ mediū teneat q̄litatis ꝛ sube:pp̄ qđ ꝛ facit ad q̄/
le eē:ꝛ dr̄ circa subam q̄le determinare:ꝛ nō vt in subto

eē. Propter qđ ait Iāblic⁹:qđ oȝ apponi ad diffōnē ei⁹ ꝙ
in subto:ꝙ nihil faciat ad subam subti:spēs.n.ꝛ drn̄a cō
ferūt. ¶ Foꝛte aūt sufficit qđ appositū est diffōni: ꝙ nō
sit vt ps:drn̄a.n.ps fit sic̄ ꝛ gen⁹:oȝ aūt drn̄am iūgi q̄dem
spēi quā ꝑficit:factoꝛis aūt ſm īfoꝛmitatē subti īdifferē
tis:vt ita dicā oȝ penit⁹ obliuisci:ꝛ ſm aliū aūt modū di
cenduȝ ꝙ drn̄a ꝓpꝛe est q̄ gen⁹ in spēs diuidit:ꝛ in ipo di
uiso:ꝛ ſm nām diuisi existit:velut aīal ſm ꝙ aīal sube
ſm ꝙ suba:ſm spēm.n.drn̄a ſm quam gn̄a diuidant̄ in
spēs:q̄dā aūt hō a q̊dam hoīe nihil differt:velut dyon ꝛ
plato: q̄ aūt differūt:nō sūt hoīs dr̄e. ¶ Alexāder auteȝ
dubitat:ꝙ si drn̄a sit q̄litas:in subto sine suba est: ꝛ non
de suba ipa dr̄. Ad quē ꝑt dici ꝯuertēdo suppositū :ꝙ si
ō subto dn̄r drie :in subto nullo sūt. Palā ꝙ ipse ñ erūt
q̄litates:q̄les ipas putāt:q̄ h̄ dubitāt:ſȝ aiūt si de subto:
de p̄ma ꝛ māli suba dr̄:drn̄a erit ꝛ ipa mālis. Aut siq̄deȝ
mālē aiūt:ꝙ cū mā subsistit:tanq̄ȝ hn̄s aliq̄ȝ ꝛ ſm se sub
sistētiā:nihil īcōueniēs drn̄tias ita exn̄tes vniuoce ꝑdi/
cari:nā spēs q̄ cū mā cōpletiua ē īdiuidue sube:h̄ȝ ꝛ ꝑ se
ꝓpꝛiam subsistētiā:ꝛ cū mā cōem:ꝛ nō totū est māe: faci
ensq̄ȝ ad subam vniuoce de ipa pꝛedicari:scd̄eq̄ȝ sube
de subto dcē non erunt oīno māles:tanq̄ȝ in mā esse hn̄
tes. Recusabim⁹ āt ꝛ simplices ī q̄litate:velut rōnabili
tate ꝑcedēte oꝛdiatiōes ō drn̄s:ꝛ ꝯcipiētes māȝ:vl' gen⁹
secuȝ:ꝛ oīno sepantes ipaꝝ nām a spē:oēs.n.opiniōes il
le a v̄a opione excidūt. Iāblic⁹ aūt recusat ꝛ spēm eē ex
plib⁹ drn̄s:sꝑ.n.est vna vltia spēi infoꝛmatiua: ꝑcedētes
āt velut gn̄a ꝑsupponūt̄ :foꝛte āt vnū q̄dē eē oȝ:ꝑximū
genus in spē:alias aūt drn̄as distiguentes ab homoge/
neis spēb⁹ plib⁹ exn̄tib⁹:nā rōnale ab irrōnabilib⁹ disti/
guit hoīem:ꝛ moꝛtale ab īmoꝛtalib⁹:ſȝ ꝛ aīal dicet vtiq̄ȝ
aliq̄s:aut viuētib⁹ causis:ꝛ aīatū ab inaīatis:ꝛ ita multa
gn̄a fiunt drn̄e:ſȝ non dr̄e gn̄a:siq̄dē gn̄a significāt qđ q̄d
est:dr̄e v̊o q̄le q̄d. Dubitāt aūt q̄dā:q̄uo drn̄aȝ ait vniuo/
ce ꝑdicari:puta gressiui ꝛ nomē ꝛ rōnē ꝑdicari de subto:
neq̄ȝ.n.nomē neq̄ȝ rōnē ꝯuenit ꝑdicari de subto: gressi/
uū.n.vnū q̄dē signāt.s.hitum ipm̄:velut gressibilitateȝ:
alteꝝ aūt.s.ꝙ ꝑticipat hitu isto:ꝛ disponit̄ ſm hunc: sed
drn̄a q̄dē non ē h̄:pp̄ qđ nihil ad rōnē. Ipsi⁹ aūt gressibi/
litatis:q̄ est drn̄a:neq̄ȝ nomē ꝑdicat̄ de subto. Neq̄ȝ.n. di
cim⁹ subtū eē gressibilitatē:velut hō:vel aliq̄d aliđ gres
siuoꝝ:neq̄ȝ rōnē gressibiliū:nō.n.dicim⁹ subtū eē hituȝ:
a q̊ q̄ ꝑticipāt ipso:gressiui dn̄r:q̄uo igit̄ dictū est ꝛ nom̄
ꝛ rōnē dr̄e ꝑdicari de subto:q̄re neq̄ȝ vniuoce dicet̄ vti/
q̄ȝ drn̄a de subtis:si aūt nō h̄:neq̄ȝ ō subto dn̄r:si q̄dē q̄ ō
subto vniuoce ꝑdicant̄:de his q̄ ſm sub ipis īdiuiduis.
¶ Ad hāc itaq̄ȝ dubitationē:q̄ cōpletiuā ponūt drn̄ā ſȝ
ipm̄ eē: rōne aūt ꝛ noīe dicētes nō v̄ificari:vel cōpleti/
uaȝ q̄dē ei⁹ que ſm subtū rōnis nō tn̄ diffinitiue. Isti ñ
ꝯcoꝛdāt ꝯ̄riū:Aristotiles ō diffinitiua.n.rōne loq̄tur h̄:ꝛ
vniuoce ꝑdicari in drn̄s ꝛ spēb⁹ ꝛ gn̄ib⁹:ita dixit. Peccāt
aūt ꝛ dimittūt optimā drn̄aꝝ ꝯditionē:substātialitatem
ipsaꝝ nō ītelligētes:īcōueniēter aūt ꝛ diuidūt sepabilē:
ſm subtā spēm rōnē:ꝛ diffinitiuā rōnē. Si.n.diffinitiua
ratio qđ quid erat eē insinuat:h̄ aūt est spēs:non aliqua
erit rō:ſm subtū: ꝛ aliqua q̄ ſm diffinitionē. Cā autem
turbatiōis est:qꝛ q̄nq̄ȝ sumūt drn̄as vt cōpletiuas sube:
ꝛ vt ptes spēi:q̄nq̄ȝ aūt rōnē diffinitiuā faciunt: non ad
huc sumunt differentias vt completiuas:sed vt ſm qua
litateȝ ꝯsideratas:ꝛ rōnē q̄ hituuȝ: non omnibus ꝯgrue
re subiectis. Si aūt vt erat ꝯñs accipent drn̄as in ambo
bus istis tāq̄ȝ ꝯpletiuas ꝑdicaret̄ vtiq̄ȝ ꝛ nomen oīno ꝛ
diffinitiua rō de subiectis:h̄ igit̄ ait Iāblic⁹ dubitationē
soluēs. ¶ Foꝛte āt adhuc manet dubiū:ñ.n. est neq̄ȝ di/
ci ꝑt subiectū cōpletiuo noī neq̄ȝ q̄litatis rō pōt ꝯgrue/
re ei ꝙ

re ei ꝙ ſm ipsam ē quale:ſȝ si qualitas esset simpliciter
differentia:bene dicetur. Si autem substantialis quali/
tas:ꝛ neq̄ȝ in subto:neq̄ȝ pars sube cōposite vel mālis:
ſȝ spēi ꝯpletiua ſm eē palā:ꝙ ꝛ ē spēs ſm ipsā:ꝛ dr̄:ꝛ nō
oȝ q̄litatis vl' habit⁹ diffōnē vt dr̄e accipe. Non. n. erat
h̄ drn̄a.s.exn̄s vt accn̄s:ſȝ ꝙ subale ꝛ sube ꝯpletiuuȝ ſm
ꝙ ꝛ ē:ꝛ dr̄ spēs:ꝛ h̄ ipsemet Iāblic⁹ ꝯñter acceptat: vnde
merito ꝯcludit̄ ꝙ nō solū scd̄a suba ꝑdicat̄ vniuoce de
subiectis:ſȝ ꝛ drn̄a. Quidē igit̄ nūquid vniuoce ꝑdicari
ꝯuenit scd̄is subyͤs solū ꝛ drn̄s:vel ꝛ alyͤs oib⁹ ꝑdicamen
tis:nā ꝛ in illis gn̄a ꝛ spēs de oib⁹ suis indiuiduis accn̄ti
bus vniuoce ꝑdicabunt̄. Scia.n.de grāmatica vniuoce
dr̄:ꝛ grāmatica ō grāmatica Aristarchi. Ad h̄ āt dicēdū
ꝙ cōe q̄dē ē h̄ ad alioꝝ ꝑdicamētoꝝ gn̄a ꝛ spēs: ꝓpꝛiū
āt est eoꝝ q̄ in suba gn̄m ꝛ spēꝝ eē gn̄a ꝛ spēs īdiuidua/
rū subaꝝ:ꝛ de his vniuoce ꝑdicari:ꝛ nihil ē cōe vniuo/
ce sube ad vniuocū accn̄tiū. ¶ Foꝛte āt sube q̄dē ꝓpꝛiū
est vniuoce ꝑdicari:ꝛ gen⁹ ꝛ spēs h̄ pꝛia insūt:attribuun/
tur āt ab ipsa ēt alyͤs ꝑdicamētis ſm ꝙ illa aliq̄liter sb
stātiant̄: pp̄ qđ ꝛ in illis gn̄a ꝛ spēs subal'r in indiuiduis
ꝯuenire dicim⁹:ꝛ in ipso ēt ꝑdicari velut coloꝛē:ꝛ albū:
ꝛ huic alicui albo:sic̄.n.subyͤs aliq̄ insūt ſm accn̄s: ita ꝛ
accn̄tib⁹ subaꝝ subal'r. Sȝ pp̄ q̄dē aiūt ad cognitionem
sube tanq̄ȝ opoꝛtunā sumit ea q̄ nō sunt ꝓpꝛia sube: sicut
ꝙ nō ī subto. Aut ad notitiā sube facit scire:ꝙ q̄ȝuis ꝯue
niat sube nō in subto esse:tamen non ipsi soli h̄ inest q̄ȝ
uis videatur maxime ipsi conuenire.

¶ Ois aūt suba vr̄ h̄ aliquid significare. In pꝛi
mis q̄dē subyͤs igit̄ indubitabile est: ꝛ veꝝ ꝙ h̄
aliq̄d significāt. Indiuiduū.n. ꝛ vnū numero
qđ significat̄ est. In scd̄is āt subyͤs vr̄ q̄dē figu
rā appellatiōis h̄ aliq̄d significare cū dicit ho/
minē vel aīal:non tn̄ veꝝ:ſȝ magis q̄le q̄d signi
ficat:nō.n. vnū est suppositū sicut pꝛia suba
ſȝ de multis hō dr̄ ꝛ aīal:nō simpl'r autē quale
q̄d significat sicut albū:nichil. n. aliq̄d signifi/
cat albū q̄ȝ q̄le. Spēs āt ꝛ gen⁹ circa subam q̄/
le determināt:qualē.n. q̄ndā subam significāt
ad plus āt gn̄e q̄d spēs determinationē facit.
Qui.n.aīal dixit plus cōpꝛehēdit q̄ȝ q̄ hoīeȝ.

¶ Cū ondisset ꝑus ꝙ nō est in subto ꝓpꝛiuȝ eē sube: ſȝ cōe
h̄ est ipsi ad drn̄ā: neq̄ȝ h̄ qđ est dici vniuoce ab ipsa ali/
qua:īdiuidue.n.sube h̄ nō inest:trāsit ad descriptionē si
gnificatiōis: ꝓpꝛe.n.sūt significatiōes in q̄busdā pꝛedica
mētis:sicut in q̄litate tale ꝛ in q̄nto in tātū significatur
ita āt ꝛ penes subam h̄:verūtn̄ ꝛ h̄ dicit:nō ois sube ines
se: scd̄a.n.suba nō vt h̄ significat: ſȝ vt q̄le ostēdit: ꝓpte/
rea qꝛ circa subam q̄le determinat:nō tn̄ determinate h̄
ipsi ꝯuenit:nihil ḡ hoꝝ ꝓpe ꝓpꝛiuȝ sube est:bñ āt dixit ꝙ
ois suba vr̄ h̄ aliq̄d signāre:qꝛ alioꝝ opinionē enūciat:ꝛ
anomaliā ꝯsuetudinis:q̄ dissiles res silib⁹ figuris dictio
nū:ꝯsueuit sepe significare nam h̄ ꝓbabilem fantasiam
facit vt foꝛte hō silis est socrati:ꝛ vn⁹ numero:qm̄ spē ē
vn⁹. Discutiēs aūt opinionē hāc:ī p̄mis q̄dē subyͤs ꝯfes/
sam ipsā inuenit:h̄ aliq̄d.n.ē indiuidua suba:non qꝛ est
simpl'r:ita vnū nūero qm̄ ꝛ q̄le vnū vtiq̄ȝ fiet nūero: ꝛ
alia q̄ sub.x.ꝑdicamētis q̄cūq̄ȝ penes vnū determinata
sūt:nequaq̄ȝ aūt suscipiūt h̄ signationē ipsi⁹ h̄ ſm ꝓpeta
tē ſȝ ꝙ subale vnū nūero solū:nā illoꝝ vnūq̄dq̄ȝ siq̄s di
cat h̄ ñ ꝓpꝛiuȝ signōnē q̄litatis faciēs: illa.n.tm̄ q̄le expꝛi
mit:ſȝ cōe subsistētie:ꝛ vt ſm se exn̄tis:ꝙ oib⁹ a suba im

partit̄. In scd̄is v̊o subyͤs fig̊ dictōis sꝑ vr̄ h̄ aliq̄d signi
ficare ī hoīe ꝛ socrate:ñ tn̄ veꝝ:ſȝ magis quale: qꝛ mltis
exn̄tib⁹ singl'arib⁹ silitudinē ipoꝝ gen⁹ ꝛ spēs īsinuāt. Cū
posuisset āt duo.s.ñ eē veꝝ:ꝙ sit īdiuidue sube genus ꝛ
spēs h̄ aliq̄d signāre: ꝛ adhuc ēt ꝙ magis q̄le q̄d signifi
cāt:ꝑm̄ q̄dē astruit ꝑ h̄:ñ.n.vnū signāt qđ supponit̄. Qđ
autem q̄le significet per h̄ de mltis.n.hō dr̄ ꝛ qm̄ ipsuȝ
dicim⁹:nullū dicim⁹ pticularū determinate:sed incerto
nihil.n.magis socratē q̄ȝ Platonē vl' aliū aliquē singu/
larū:nō.n.oē qđ circūscriptionē q̄lecūq̄ȝ h̄ȝ:ꝛaȝ ꝛ h̄ nisi
vnū sit ꝛ determinatū:qn̄ aūt dico hoīeȝ:spēm demon/
strare ñ possū:neq̄ȝ.n.subsistit ꝑ se:ſȝ īdiuiduum demon
strās velut socratē dico:ꝙ tale ē hō:q̄le socrates:igit̄ q̄/
le erit circa subaȝ. Ne āt aliq̄s existimet ipȝ putare ſm
subaȝ eē q̄litatē sic̄ albū:qm̄ q̄le q̄dē dicit illā signāre:ꝛ
albū āt circa subaȝ ē:pp̄ h̄ drn̄ā ipsaꝝ tradit. Scd̄aꝝ qui
dē subaꝝ q̄litatē subalē dicēs:h̄.n.ē circa subaȝ q̄le de/
terminare:subaudiēdū ē spēm ꝛ gen⁹:ñ.n.ois spēs ꝛ ge/
nus tale ē nisi foꝛte ī alyͤs ꝑdicamētis gn̄a ꝛ spēs in eo
qđ q̄d ē ꝑdicamēta:subalē q̄litatē īsinuēt ſȝ pticipatio/
nē sube ī illis. Scd̄aꝝ igit̄ subaꝝ q̄litatē subalē dic̄:ꝛ cir
ca subam q̄le ōtermīare.i.circūscribere ꝛ diffinire albi
āt h̄ ipm̄:h̄ solū q̄litatē:pp̄ qđ ꝛ albū q̄dē sine suba ītelli
git̄:gen⁹ āt ꝛ spēs sine īdiuidua suba nō possūt ꝯsiderari
ꝛ h̄ q̄dē sū ptes cōpletiue sube gn̄a.s.ꝛ spēs:albū āt nō ē.
Sȝ qm̄ drn̄a gn̄is subaȝ determinās specificare vr̄ ꝛ cha
racterizare subas in q̄li:q̄rēdū ē ī q̊ ab albo ꝛ in q̊ a gn̄i/
b⁹ ꝛ spēb⁹ drn̄e diuersificant̄. Aut ab albo q̄dē: qꝛ albū so
lūmō q̄le:ipa āt circa subaȝ q̄le:ꝛ qꝛ gressiuū nō est itel
ligere sine suba sic̄ albū:ꝛ qꝛ drn̄as subaꝝ ſm ꝙ sube sūt
signāt:ꝛ sūt sil'es ad subaȝ:gn̄a v̊o ꝛ spēs:sube sūt: silitu
dinē q̄ndā ad q̄le hn̄tes:igit̄ h̄ in eodē q̄d ē ꝑdicant̄:dif
ferētie v̊o in eo ꝙ q̄le q̄d ē:apponit āt ꝙ eoꝝ q̄ ſm cōes
rōnes ꝑdicant̄:q̄ q̄dē ꝓꝛie ꝑdicant̄ velut spēs:in minus
vñr extēdi: que v̊o remoti⁹ velut gn̄a āplioꝛē cōpꝛehen/
dūt determinationē dictoꝝ v̊o de suba:qđ q̄dē ñ ī subie
cto sūptū est a habitudine ad ea q̄ fiūt in subto:h̄ aliq̄d
āt signāre ab ꝯsuetudine ipsi⁹ qđ ē ꝑdicari. Ipa āt suba
quedā exn̄s suscipit tales hitudines :nullo pacto dr̄ : aut
qꝛ ꝓpositū ē distiguere q̄uo vnūq̄dq̄ȝ ꝑdicat̄:ꝛ q̊t modis
pp̄ h̄ de q̊cūq̄ȝ ꝑdicatio fit:de tot ipsoꝝ ꝓpa īstituit: ꝛ qꝛ
loyce ad magis ꝓpa ꝑdicamētoꝝ veniat̄:puta ab eo qđ ē
dici:dcōnū.n.signātiuaꝝ specl'o ñ al'r vtiq̄ȝ fiet q̄ȝ ſȝ ꝙ
dn̄r. Qđ āt ꝯcluditur ex ꝑdcis ē:ꝙ neq̄ȝ ipȝ dici:h̄ ꝓpꝛium
ē sube:ñ tn̄ sꝑ pꝛius dictio:ſȝ h̄ ꝙ nō in subto:nō erat ꝓpꝛi
um tanq̄ȝ ñ soli ipsi inexn̄s:h̄ āt ñ ē ꝓpꝛium:qꝛ non oī ipsi
inest. Sȝ dubitāt aliq̄:q̄uo quedā hoīeȝ:ꝛ hoīeȝ eē dici/
mus:ꝛ aīal rōnale:ꝛ moꝛtale:si ñ oīa h̄:h̄ aliq̄d sūt. Aut
qꝛ spēs cooꝛdiatas dicim⁹ eē h̄:aliq̄ rō āt erat de ꝯsidera
tis ꝑ se. Sȝ ſm q̄d dicim⁹ h̄ aliq̄d īdiuiduā subaȝ:veꝝ ſȝ
spēȝ:vl' ſm māȝ:vel ſm id qđ ex āmbob⁹. Aut dicem⁹ ſm
oīa:ſȝ penes māȝ q̄dē ſm ꝙ supponit̄:ꝛ venit in actum
suscipiēdi spēm ſȝ platonē āt ꝛ ñ vt egrediētē a ꝓpa nā.
penes ipsā āt spēȝ ſm ꝙ determinata ē:ꝛ vnū nūero est
ꝛ.n. Boet⁹ ipȝ vnū ſm ipm̄ h̄ determinat. Si v̊o aliquis
māȝ īdeterminatā exn̄tē nunq̄ȝ h̄ aliq̄d eē dicat: redu/
cem⁹ ei ad memoꝛiā:ꝙ ñ ī īfoꝛmi mā ē pn̄s ſmo:sed de
ea q̄ hitudinē h̄ȝ ad foꝛmā:cōpositū v̊o qđ q̄dē ē indiui
duū palā qꝛ suscipit h̄ ipm̄. Si āt aliq̄s dicat ñ realeȝ eē
drn̄aȝ in eo ꝙ ē h̄ ꝛ tale signāre:ſȝ signātiōis dictiōal' ꝓ/
ꝑetates:h̄ q̄dē sig̊ fcm̄:demōstrādi aliq̄d :ꝛ demostran
di itellectū tale āt signāre velut sil'e huic:dicem⁹ ad h̄ ō
terminatam ſm vnā subam ꝑexistere ꝛ identitatem:ꝛ
silitudinem rōnis:q̄ in multis subyͤs ꝑcedere:ſm q̄s si/
gnificatio h̄ȝ locū:qꝛ.n.est determinate:pp̄ h̄ determīa/

te dr:ſʒ ñ ecõuerſo.¶ Totꝰ ãt tractat :ꝛ q̃ ab his qdẽ dicunť:fit circa ſubas ꝑm pithagoꝛicos:q iūgiť vitati:qm̃ ꝯſequentia rebꝰ ponebanť:que dñr ꝑm dicentes aũt aliter ad placitũ eẽ ptes dictiõis extranee ꝓcedit: excidẽs a pncipio pdicamẽtoꝝ a q̃ oꝛta ſũt ꝫ vitarẽ. Querẽduʒ aũt eſt ꝑm dãtes ypoſtaſim ſpẽbꝰ ꝛ gñibus:ſi dñr eſſe ħ: nã Chriſippꝰ dubitat de ydeis:ſi diceť ħ aliquid coaſſumendũ aũt ꝛ ꝯſuetudinẽ ſtoycoꝝ de gñalibꝰ q̃libet:qũo caſus ꝑm ipſos ꝓferunť:ꝛ qũo non q̃daʒ ipſa cõia apud ipſos dñr:ꝛ qualr penes ignoꝛãtiã eiꝰ qd̃ ẽ:nõ oẽʒ ſubaʒ ħ aliqd ſignificare: fit ſophiſma penes otita quod eſt nomẽ ſophiſmatis ꝑm figurã dictiõis:puta ſiquis eſt in athenis nõ eſt in megaris:hõ.n. vtis.i.non qs eſt:nõ.n. eſt qs q cõis tanq̃ aũt quendã ipſum accipiebamꝰ in ſermone:ꝛ penes ħ.nomen ħ habuit ſermo vocatus outis qd̃ ſonat nõ qs. Jdẽ autẽ eſt ꝛ i ħ ſophiſmate:qd̃ ego ſũ tu nõ es:hõ aũt ſum ego:g̊ hõ tu non es:ꝛ.n.in ħ ſophiſmate:ego qdẽ ꝛ tu in idiuiduis dñr:hõ aũt in nullo particulariũ:fcã eſt g̊ deductio:qꝛ ipſo outiti. i.nõ quodaʒ tãq̃ q̃dã viſus ẽ:ſʒ hoꝝ qdẽ ſatis:ad ſeq̃ntia ãt ꝓcedẽdũ.

¶ Ineſt ãt ſubyſ: ꝛ nullũ ꝯ̃riũ ipſis eẽ prime quidem ſube qd vtiqʒ erit ꝯ̃riũ: velut cuidã homi vel cuidã aiali: nihil.n.eſt ꝯ̃rium neqʒ hoi: vel aiali aliqd eſt ꝯ̃riuʒ: non ꝓpriũ autem ſube: ħ eſt: ſʒ ꝛ in alyſ multis: velut in q̃to: bicubito .n.nihil ẽ ꝯ̃riũ neqʒ ipſis.x.neqʒ alicui taliuʒ: niſi qs multũ pauco dicat eẽ ꝯ̃rium: vel magnuʒ paruo: determinatoꝝ autẽ quantoꝛuʒ: nulli aliquid eſt contrarium.

¶ Trãſit ad aliqd eoꝝ que cõiter ꝛ alys inſũt.ſ. ſuſcipere:vel nõ ſuſcipe ꝯ̃rietatẽ querens:ſi ineſt ſubys nõ habere aliqd ꝯ̃riũ:ꝛ ħ oñdens:ꝙ nõ eſt ꝓpriũ ſube:pꝛobat ex ħ ꝙ ꝛ q̃nto ineſt:ſʒ ꝙ qdẽ inſit nihil eſſe ꝯ̃riuʒ ſube oñdens vtiq̃ ex his:ꝯ̃ria ſub vno gñe ſp oꝛdinanť: ſuba autẽ nullũ hʒ ſupius genꝰ:in q̊ ſuboꝛdineť:ꝛ ꝯ̃ria qdem habitudinẽ hñt adinuicẽ:ſuba vo ſine habitudine eſt:ꝛ nihil idiget ea:q̃ ꝑm ꝯ̃rietatẽ habitudine aliquid:ħ ꝯ̃ria qdem adinuicẽ mutãt:ſuba aũt p ſe determinata ẽ.Ariſtoteles.n.p inductioneʒ pmaꝝ ꝛ ſcdaꝝ ſubaꝝ ꝓbat nihil eẽ ꝯ̃rium ſubys:non tñ putat ipſũ ꝓpriũ eſſe ſube:cõmune.n.eſſe ħ ad q̃tũ determinatũ. Jpſis.n.duobus nihil eſt ꝯ̃riũ:non.n.vtiq̃ ipſa tria:qd magis iſte q̃ aliqs aliꝰ determinatoꝝ numeroꝝ numerꝰ eſt:qnimo vnũ vni ꝯ̃riũ eſt tãtum:nõ ergo tria:neq̃ aliꝰ numerꝰ aliqs determinatꝰ duobꝰ opponiť.Si aũt talia q̃ta nõ ſuſcipiũt cõtrarium:non eſt ħ ꝓpriũ ſube:ſi qdem non ſoli ineſt.Si aũt aliqs ꝛ in q̃to ꝯ̃rietatẽ eſſe dicat:multũ pauco ꝯ̃riũ ponens ꝛ magnũ paruo:ꝛ pp ħ dicat ꝓprium eẽ ſube nihil hẽre ꝯ̃riũ:tanq̃ ſoli ipſi inſit.¶ Foꝛte qdẽ neqʒ q̃ta ſunt ħ:ſʒ ad aliqd ſicut in ſermone de q̃to oñdit: quare ꝛ oppoſitio ipſoꝛum non ꝑm ꝯ̃rietatem:ſʒ ꝑm ad aliqd oppoſitionũ autẽ dñiam paulo poſt ipſe docebit: ſʒ qm̃ nihil ad pñs differt:ħ quidẽ tanq̃ dubia ꝯcedit:ex ꝯfeſſo autẽ eandem ꝯcluſionem ꝯcludit:veluti dicẽs ꝙ tale q̃tum nõ eſt determinatũ:cuius.n.neqʒ multitudo: neqʒ magnitudo determinata ẽ:neqʒ grauitas:neqʒ a principio motũ eſt:in q̊ ſit ipſũ eſſe ꝓprie:ħ non determinatũ vtiqʒ diceť.Uelut magnũ:ħ.n.neqʒ longitudine:neqʒ latitudine:neqʒ numero determinatũ eſt:cũ auteʒ lineam dixeris:determinas longitudinẽ:ꝛ adħ magis determinas:ſi apponas numeꝝ:ꝛ ita fit determinatũ q̃tũ qd̃ qdeʒ nõ hʒ ꝯ̃rietatẽ:ſufficiẽs eſt g̊ a determinatis q̃tis argumẽtuʒ: ad ħ ꝙ ſola ſuba nõ habeat ꝯ̃rietatem neqʒ ſit ipſiꝰ ꝓpriũ:ꝛ.n.in vno ꝛ in multis eandẽ oſtendit ꝯcluſionẽ.¶ Dubitãt ãt qdam qũo non ẽ ꝯ̃rietas in ſuba:qũo.n.rõnale animal irrõnali non eſt ꝯ̃riũ.¶ Ad qd̃ ait Jãblicus:ꝙ dñia ad dñiam ꝯ̃riať:totũ aũt non eſt ꝯ̃rium:ꝛ ꝙ id qd̃ ſuſcipit ꝯ̃riũ non eſt ipſũ contrarium. Si.n.determineť ab vno ꝯ̃rioꝝ:nõ poſſet vtiqʒ ad alterius ꝯ̃ry ſuſceptionẽ ydonee ſe hẽre:vt aia: vel coꝛpꝰ:vł indiuidua ſuba:vel ſcda ſuba ſiquidẽ ſuſcipiat ꝯ̃ria: ꝑm ipſa nõ erit ꝯ̃ria:ſʒ neqʒ ſi diuidať aliquid in ꝯ̃ria ſicut aial:neqʒ ſic erit ꝯ̃riũ:cognoſcet aũt vtiqʒ aliqs ait ꝛ ad diffinitiõe ꝯ̃rioꝝ:eo.n.ꝙ plurimũ diſtant ab inuicẽ diffinimꝰ ipſa: vt aũt non dñr circa eandẽ ſubaʒ aialis coexiſtunt.¶ Adhuc ãt dubitãs ego nõ videoꝛ mihi intelligere que dñr:nã incõ feſſe ꝯ̃rys circa dñias eſt ꝯ̃rietas totũ autem toti nõ eſt ꝯ̃riuʒ:qꝛ cõe eſt ꝯ̃rioꝝ genus.Album.n.ꝛ nigruʒ ꝯ̃ria exñtia:ħ quidẽ eſt coloꝛ diſgregatiuus viſus:ħ aũt coloꝛ ꝯgregatiuꝰ:ꝛ circa eandẽ ſubam gñis ſunt ambo:ꝛ q̃uis plurimũ abinuicẽ diſtent:ſub eodem gñe exñtia plurimã habẽt diſtantiam:q̃liter auteʒ ꝛ qd̃ ſuſcipit ꝯ̃ria:ꝛ qd̃ diuidiť in ꝯ̃ria:non eſt contrariũ.
¶ Nihil.n.ꝓhibet q̃uis nõ ſit alteꝝ ꝯ̃rioꝝ qd̃ ſuſcipit: vel in qd̃ diuidiť:ad aliud aliqd ꝯ̃rie ſe hẽre:egrũ.n. diuiſum in id:qd̃ eſt egrũ ꝑm caliditatẽ aut frigiditatẽ:cõtrarium tñ eſt ad ſanũ:ꝛ coꝛpꝰ ſuſcipiẽs ſanitatẽ ꝛ egritudinem ꝯ̃rium ẽ incoꝛpeo:ꝛ vř diuiſiones in oppoſita fiunt:ꝛ ꝯ̃ria.¶ Et vnũquodqʒ mẽbꝛoꝝ in ꝯ̃ria diuiditur vt ſuba in coꝛpus ꝛ incoꝛpoꝛeũ:ꝛ coꝛpus in aiatum ꝛ in inaiatum:ꝛ in ſẽſitiuum:ꝛ in ſẽſibile.¶ Foꝛte igiť illd̃ magis dicendũ:ꝙ rõnale irrõnali nõ eſt ꝯ̃rium:ſiue.n. negatio eſt irrationale ꝙ irrationale non eſt negatio cõtraria:ſiue affirmatiuã habeat vtute ſpecieʒ aliq̃ ſignificantẽ:alterã a rõnali:neqʒ ſicut rõnali ꝯ̃rium eſt irrõnale ꝓductuʒ ab ipſo ꝛ oꝛdinatum:ſed neqʒ alia ſpecies ſpẽi contraria.Sʒ ꝯ̃rietates oẽs circa dñias ꝛ q̃litates cõſideranť:pp qd̃ ꝛ dubitãtes:qũo ignem aq̃ ꝛ aerẽ terre: ꝯ̃ria dicat Ariſt.facile eſt dicere:ꝙ ꝑm dñias ꝛ q̃litates ſunt ꝯ̃ria:ħ calidũ.n.ꝛ ſiccũ frigido ꝛ humido ꝯ̃rium dicit:ꝛ calidum ꝛ humidũ frigido ꝛ ſicco:alie aũt ſubẽ ad alias non habent ꝯ̃rietatem. Qũo igiť ſpẽm priuationi ꝯ̃riam dicit in phiſicis: ſi.n. ſpẽs ſuba eſt:ſuſcipit ſuba ꝯ̃rietatẽ.Sʒ dr̃e quidẽ ꝙ ꝑm priuationẽ ꝯſueuit cõius ꝯ̃ria dr̃e Ari.ẽ mollitꝰ ſoluẽtũ dubitationẽ.¶ Ueritas ãt ita ſe hʒ:ſpẽs ħ qdẽ eſt vt ſuba:ħ ãt vt habitꝰ. Hãc igitur ait ꝓuatiõi opponi:ſʒ ñ eã q̃ ẽ vt ſuba:aliũ ãt moduʒ ꝯ̃rietatis iducũt: q ꝯ̃ria i ſubys ponũt Duplr ãt iſti diuidunť:ꝛ hi qdẽ circa vnam ſubaʒ ꝯ̃ria determinãt:vt qui dicunt calʒ ꝛ fridũ:ꝛ ſiccũ.ꝛ hu. alias ꝯ̃rias vtutes circa mãʒ i cõpe ineẽ dicẽtes:ꝛ palã ꝙ iſti ñ ꝯ̃rias ſubas:ſʒ q̃litates circa ſubaʒ eẽ ꝓnũtiãt.Aly ãt diſtare oĩno pncipia ꝓnũciãt:ꝛ nihil hẽre cõe:neqʒ hitudinẽ aliquã adinuicẽ ꝑm ſe ꝛ eẽ abſoluta:ꝛ nihil idigeť cooꝛdinatõe adiuicẽ.Jſti ãt ſubas moꝝ ꝯ̃ria ponũt: ꝛ ꝯ̃rietatẽ ad ſubam iducũt:ñ alio qdẽ exñte:ꝙ ꝯ̃ria ſuſcipiat:ſʒ alys ãt exñtibꝰ ꝯ̃rys:neqʒ eẽ cõem hñtibꝰ:ſicut Plato i motu ꝛ ſtatiõe ſimulat:ãbobꝰ ꝛ vtriſqʒ eẽ dicit:ſʒ ipm̃ eẽ aiũt ad ñ ens:ꝛ pñm ad extremũ ꝛ bonũ ad malũ ꝫ oĩnodã diſtãtiã ꝛ ſubmiſſionẽ pfectã hẽbit ꝯ̃rietatẽ imoderatiõis ad mẽſurã:ꝛ ifinitatł ad finẽ:ꝛ taliũ oppõnũ diuiſiuaꝝ:i qbꝰ ꝯ̃rietas qdẽ ꝫ ſubaʒ ꝯſiderať:alr ãt ſe hñs q̃ vt añ ħ dicebať.Opio qdẽ igiť a q̃ moti aly qdã: ꝛ magnꝰ Plotinꝰ ꝯ̃dicũt:ẽ tal:vtũ tãt rõnibꝰ talibꝰ:ñ eẽ aliqd ꝯ̃riũ ſube: i ſingularibꝰ ſubys credibile ẽ:iductõe idiuidue ꝛ ſpecialis ꝛ gñalis eſt oñſũ:vniuerſalr ãt nõ eſt oñſũ:adhuc ãt vnꝰ modꝰ ꝯ̃dictõis erit:vtiqʒ recoꝛdari eam:q̃ de vlibus doctrinam

doctrinã:gñaliſſimoꝝ.n.ñ ẽ faceř demõſtrationẽ ex pͦribus ꝛ cauſalioꝛibꝰ:ſʒ neceſſe pfectis diuiſiõibꝰ diuidẽtes oĩa q̃ ſũt ſub ipſis ꝯſiderare cõitatem ipſoꝝ: ne aliq̃tenꝰ pmuteť aliqd in his q̃ p ſingula ſpẽbꝰ.Et ſi inueniamus nullã exñtẽ in ipſis dñiã idẽtitatẽ gñalis nõ ex inductiõe:ſʒ ex pfecta diuiſiõe accipimꝰ.Ex ħ igiť ſi ſube qdẽ oẽs diuiſe ſunt ſufficiẽter in pꝛimas ꝛ ſcdas ſubas. neutre aũt haꝝ hñt ꝯ̃rietatẽ:neq̃ vtiq̃ totalr ſuba habebit ꝯ̃rietatẽ.Eſt alr auteʒ:qñ coꝝ q̃ ꝑm ſe exiſtũt:ꝛ cõpletiuoꝝ ſube aliqd ſumptũ fiunt mox ħ quidẽ i vnoq̊q̃:ꝛ in oĩ veꝝ oñdiť velut rõnale in vnoquoq̃ hoie:ꝛ in oĩ ꝛ ſube igiť ſiquidem ꝑm eſſe ſubale exiſtit:ꝛ nullam ꝯ̃rietatẽ habere:in ipſa ꝑm ſubam exiſtet ꝛ ita ꝙ in aliq̃ ꝛ in oĩ ſuba veꝝ erit.Sʒ vniuerſalr ait Plotinꝰ ſube opponiť non ſuba:ꝛ nãe boni mali nãe ꝛ pncipio melioꝛuʒ ꝯ̃riũ eſt pꝛĩcipiũ dictoꝛum:diuidendum aũt ẽ ħ:ita nõ ens qd̃ qdem vt ꝯ̃riũ opponimꝰ enti:ſiqdẽ nuſq̃ nullatenus ſubſiſtit:nullã habebit habitudineʒ ad alteꝝ:qd̃ nihil eſt.Si aũt ens aliqd eſt: falſo dř oĩno ſeparatũ eẽ ab ente:qd̃ ipſo pticipat.ſi aũt ſube due ſepate ſunt: ipſum eſſe vnũ habebũt:ſi aũt ꝑm egreſſam diuerſitatẽ exẽpte ſunt ſepabilr:nihil hẽbunt cõmune abinuicẽ:tunc neq̃ cõicabunt habitudinẽ ꝯ̃rioꝝ.Et ſi qdẽ ſicut ꝯſueuit dici ab ente ipſũ nõ ens velut ab itellectuali ſenſibile:ꝛ a diuino mãle ꝓduciť ſicut vtiq̃ a pꝛio extremũ:qũo vtiq̃ hẽbit ad ipſum ꝯ̃rietatẽ penes ħ ꝙ oĩno ab ipſa ſeparatũ eſt:qd̃ quidẽ ab ipſo hʒ totam exñtiã:qũo aũt nullaʒ rõnem hñs ad ipſuʒ vel cõparationis vel ꝯtriſtatiõis:ſʒ tanq̃ nihil decidẽs in extremũ:vt ad ꝓcedẽtẽ ipſaʒ cãʒ ſumet ad ipſũ ꝯ̃rietatẽ: q̃ facit exeq̃ri ad id:cui ꝯ̃riũ eſt. Si aũt a pꝛĩcipio per ſe ſubſiſtit tanq̃ ꝛ ipſũ pꝛimuʒ ſit eq̃lis dignitatis erit ipſuʒ non ens cũ ipſo ente: ꝛ pp ħ qdẽ erit ens:ħ ãt nõ ens:ſiqdẽ ex eq̊ i rõne pꝛĩcipy:ꝛ oꝛdo eẽ ꝓcedunt pꝛincipaleq̃ ſubſiſtentiã habebũt malũ ꝛ nõ ens:ꝛ ita neq̃ malũ erit qd̃ p ſe exiſtit.Qũo autem ꝯuenerũt in idẽ duo difficile inuenire.Si aũt tertio indigeãtꝰ ꝯgregante ipſa:vel in q̊ vnũ erunt:non ad ħ erũt pꝛima ꝛ ꝯ̃ria ita vt diciť:ſi aũt non ꝯueniũt adiuicẽ:qm̃ neq̃ ex ſnuicẽ ſubſiſtũt:que ſũt ꝯ̃ria neq̃ ex pꝛioꝛibus q̃ ſunt pꝛia gñm ꝛ vniuerſaliũ:ħ non vtiq̃ pficieť. Omnibus igiť determinatis in pncipio:malũ ꝛ non ens aſſequunť ꝛ difficultates:maxie ãt Plotino ꝛ alys ab vnitate ichoantibꝰ. Jſti.n.vnũ ꝛ bonũ in pꝛĩcipio pꝛeponẽtes diſſutã debẽt facere eã que a diuiſiõe multitudinem: ꝛ malũ ꝑm accñs ſupueniẽs:ꝛ nequaq̃ pncipale enunciari.Sicut aũt nunc dř:ꝛ ad ſe ipſum ꝯ̃rie determinatum eſt:qꝛ.n.pꝛincipiũ dř videbiť vtiq̃ eſſe pꝛimũ:qꝛ autem in extremis ꝑm diſtantiã ab ente ſubſiſtit:vltimũ merito dř.ꝙ aũt tale:qũo vtiq̃ hẽbit ꝯ̃rietatẽ ad maxie pꝛimum.Si aũt a pꝛimo ꝓduciť:ꝛ totũ quo eſt alius exiſtit:nõ adhoc erit ꝯ̃riũ:nihil.n.ꝯ̃uoꝝ tranſiuit ſubas ab oppugnãtibꝰ ad ſe:ſi aũt oĩno ſeparatũ eẽ dicať: vltimũ q p:pꝛimo qdẽ impoſſibile eſt aliqd eſſe diſtractũ: eſſe a ſeipſo penitꝰ fere.n.ita a ſeipſo deficiens ſeipſũ perderet vtiq̃ deinde neq̃ ſic ꝯ̃riuʒ erit.Qd̃.n.nihil hʒ cõe:neq̃ rõnem ꝯ̃rietatis hẽbit vtiq̃ cõem:ſʒ neq̃ ꝙ nõ ꝑm ſubſtantiã ei:qd̃ ꝑm ſubam:ſicut aũt erit ꝯ̃riũ ipʒ.n.ꝙ ſube ipſis exiſtet cõe ꝛ non adħ:ħ quidẽ erit ens:ħ autẽ non ens.Opoꝛtebat aũt ipſiꝰ non entis ꝛ ꝯ̃rietatẽ auferre: vt vere ſit nõ ens:qm̃ ens qdẽ aliqd eſt:qd̃ ꝯ̃riũ ꝛ ꝯ̃ria faciens:qꝛ nihil nõ ens pt facere aut pati:debilꝰ.n.eſt ꝛ borũ ambobus:g̊ nequaq̃ dicẽdũ.ſ.ꝙ nõ ſint:ꝛ ꝯ̃riũ ꝛ vltimũ:ꝛ pncipiũ ꝛ ꝯ̃ria facit:ꝛ vlr nihil pt facere.Si auteʒ nõ oĩno:de ħ erit dubitatio:ſi ſube ẽ ꝯ̃riũ nõ ens:ſʒ mľto iuſtiꝰ q̃reť vtiq̃:ſi nõ ens ipm̃ ad ſeipʒ ꝯ̃rie ſe hʒ:ſi.n.ħ ꝙ ſeipm̃ pimit:qũo adħ vtiq̃ poterit vel eſſe vel ad ſubam obſiſtere:ſʒ ħ ſupꝛa itroductiõis ſermonẽ vtiq̃ erunt:conuenientius.n.eſt his q de pꝛimis pꝛĩcipys:ꝛ in illis diligentius dyudicatur.

¶ Uiř aũt ſuba non ſuſcipe magis ꝛ minꝰ: dico ãt non qꝛ ſuba non ſit magis ſuba q̃ ſuba: ħ quidem.n.dictũ eſt qꝛ eſt: ſʒ qꝛ vnaq̃q̃ ſuba ħ qd̃ eſt: non dř magis ꝛ minꝰ: puta ſi eſt ipſa ſuba hõ nõ eſt magis ꝛ minꝰ hõ: neq̃ ipſe ſeipſo: neq̃ alter altero: neq̃.n.eſt alter altero magis hõ ſicut albũ eſt alteꝝ altero magis albuʒ. Et bonũ alteꝝ altero magis ꝛ minꝰ dř: ꝛ ipſum aũt ſeipſo magis ꝛ minꝰ dř: velut coꝛpꝰ albũ exñs: magis albũ dř nunc q̃ pꝛius: ꝛ calm̃ exñs magis calm̃: ꝛ minus dř. Suba autẽ nihil magis ꝛ minus dř: neqʒ.n.hõ magis nunc homo: q̃ pꝛius dicitur: neqʒ alioꝝ nulluʒ quecũqʒ ſuba ſunt: q̃re nõ vtiqʒ ſuſcipiet ſuba magis ꝛ minꝰ.

¶ Unũquodq̃ entiũ cognoſcimꝰ ꝓpꝛys differentys:ꝛ ꝯ̃diuiſis ad ipſas:nã ꝓpꝛie qdẽ differẽtie:ea q̃ aliqd ſũt: ꝛ accidẽtia vnicuiq̃ manifeſtãt:ꝯ̃diuiſe aũt ad ipſas:ꝛ in alys exñtes ꝓpꝛie videlicet q̃ ſeoꝛſum ſũt ipſoꝝ ꝓpꝛia iſinuãt:ꝛ ita pfecta fit cognitio cũ ſẽſitiua qd eſt: vnũqd̃q̃ ꝛ qd nõ eſt:ꝛ ħ ergo vniuoce qdem dici a ſcdis ſubys alia: ꝛ ħ aliqd ſignãre ꝛ q̃cũq̃ talia ꝓpetatẽ exñti declarabãť:nihil aũt eſſe ꝯ̃riũ ſubys ꝛ nõ ſuſcipe magis ꝛ minus in non exñdo ꝯſiderať:ꝛ ita fit ipſaꝝ ſpeculatio pfecta ꝑm ambo. Scdʒ aliũ aũt rurſum modũ:q̃ nata ſũt cõiter pdicari i plibꝰ gñibꝰ: q̃le ẽ ꝯ̃rietas:ꝛ magł ꝛ minꝰ: oʒ ꝑm vnũqd̃q̃ genꝰ ꝯſiderari. vtꝝ inſũt ipſi ħ: vel nõ inſint:qm̃ aũt in pdictis dicebať ſpẽs eẽ magis ſuba genere:nũc aũt dř ſuba nõ ſuſcipe magis ꝛ minꝰ merito inſtať:ꝛ ſoluiť iſtãtia:ꝙ nõ eodẽ mõ vtrũq̃ dř:ſʒ ħ qdem ꝑm ſe:ħ ãt ꝑm accñs:magis.n.eſt ſuba ſpẽs q̃ genꝰ nõ in quantũ ſuba neq̃ ꝑm ꝙ ẽ:ſʒ inq̃ntũ ꝓpingus indiuidue ꝛ pꝛie ſube pcedit ſpẽs q̃ genꝰ:ħ autẽ accit:arguiť nunc aũt ꝑm ꝙ ẽ vnũqd̃q̃ ħ aũt qd̃ eſt:nõ ait dici ipſã magis ꝛ minꝰ:nõ g̊ ſunt ꝯ̃ria pñtia pdictis.Sʒ nix cigno dicet vtiq̃ aliqs magis ẽ alba ꝑm ꝙ ꝓpingoꝛ ẽ altiſſimo: aut ꝑm ħ ſilr ſe hẽbit ad ſubam ꝑm accñs hñs ꝙ magis: ꝫ ꝙ eſt pticipãs q̃titate:magis vel minꝰ ipſa pticipat ꝑm ħ ipa recepta q̃litas hʒ magis ꝛ minꝰ:aſſilata ẽ.n.q̃litas ſube:ſuba tñ nõ in aliq̃ alio fit:vt magis ꝛ minꝰ pticipeť ſʒ in ipſa fiũt aliq̃ :pp ħ ergo eã qdẽ q̃ ꝫ accñs cõpationẽ ſuſcipit ſuba:eã vo q̃ ꝑm ſe:q̃ fit in his q̃ eiuſdeʒ ſpẽi: nõ adħ:hõ.n.neqʒ alio hoie magis ẽ hõ:neqʒ ipſi ſeipo. Sʒ neqʒ ſocrates i achademia magis ẽ ſocrates q̃ i delio:coꝛpꝰ tñ albũ:ꝛ alio coꝛpe albo albiꝰ erit in magis pticipando albũ:ꝛ ipm̃ ſeipo magis ꝛ minꝰ erit albũ ꝑm aliqd.ſ.ꝛ aliqd tp̃s:nõ.n.ꝑm idẽ tp̃s albũ aũt nigrũ non dř albiꝰ:dř. n.ſp qd̃ magis ad id qd̃ minꝰ itenſũ aut qd̃ minus i ſiľe obuiat:ſʒ nigri itentio nũq̃ nigrũ facit ſiľe albo:ſʒ ꝯ̃riũ plus ab ipſo diſtare fac:q̃re ꝯ̃riũ ad ſuũ ꝯ̃riuʒ ñ vtiqʒ accipiet eiꝰ qd̃ magis ꝛ minꝰ ꝯponẽ:ſʒ neqʒ ad id qd̃ diſſilis ſpẽi ꝓpꝛie:ꝯpones.n.eoꝝ ſunt q̃ ſiľis ſpẽi. Si igiť in ſubys ſiľis ſpẽi nõ eſt ꝑm magis ꝛ minꝰ ꝯpo:neqʒ in ſubys vř erit.Attñ neqʒ ħ ꝓpꝛuʒ ẽ ſube:ꝛ.n.i numeris ꝛ i q̃to diſcreto ñ ſũt magis tria ipa ſeipis:neqʒ aly ſipa n.ñ extẽdũt ſeipa dtermiata ſp i eodẽ q̃to:ipis ãt q̃ttuoꝛ ñ erũt magis:neqʒ.n.dñr ad ipa magis:ꝛ vř ois appoſitio ꝛ ablatio q̃ti diuerſitatẽ fac pfectã:nõ fit autem ad

alteꝝ:sed ad idē ꝛ simile intēsio:ꝛ eoꝝ que ad aliud quo
dā velut equale ꝛ duplum:ꝛ pꝛ: ꝛ talia non suscipiunt
magis ꝛ minus:ꝛ in q̄litate figure neq; magis neq; mi/
nus sūt:pp oīa igit̄ h̄ neq; inest sube magis ꝛ minus:ne/
q; ꝓpꝛiū est ipsius nō inesse. ¶ Dubitat aūt aliquis: si/
quidē magis ē rōalis:nō magis est hō: aut ꝑmū quidē
nō ꝭm subam h̄z:ꝙ magis rōnale:sꝫ ꝭm habitū: vl' actū
deinde nullū icōueniēs:ꝯcurrētes qdē spēbus qualita
tes:velut rōnale in hoīe ꝛ caliditatē in igne suscipe ma
gis ꝛ minus:nō tñ spēm ipsaꝫ:qm̄ ꝛ studiosus:qñ magis
hō dicitur:nō inquantū hō: sꝫ inquātum sic dispositus:
h̄ intenditur:h̄ autē non subam:sꝫ quale significat: aut
studiosus qdē velut nō ꝭm subam exñte dispōne:nihil
miꝝ si ꝭm aduentitiā qualitatem hēat ꝙ magis hō aut
rōnalis:ꝛ ignis calidus nō ꝭm acq̄sitam:sꝫ ꝭm subalem
qualitatē sunt talia:cōpletiuā exñtem spēi:ꝛ siqdē h̄ ma
gis ꝛ minus suscipiat:necesse ꝛ spēm ipsam totam susci/
pere:q̄re ꝛ subaꝫ. ¶ Forte igit̄ si qdē ꝭꝫ subam est ipsi
us rōnalis:differētia specifica q̄dam est:tñ ꝭm magis ꝛ
minus ꝯsiderata:sicut in hoīe ꝛ demone. Nō.n.vnq; ꝙ
minus hoīs intēsum ꝑueniet ad ꝑfectioneꝫ demonis:si
aūt ꝭm habitū vel actū:non adhuc circa subaꝫ est talis
differētia:sꝫ q̄uo materia suba quedā existens:ꝛ ipsa ma
gis ꝛ minus dicitur:ꝛ parua ꝛ magna:ꝛ ꝯtraria videtur:
imaginant̄ q̄uis suba quedā sit ꝛ mā:sicut ꝛ spēs. Aut ꝛ
ipsa ꝭm se qdem nequaq; differt:potentia.n.est oīa eo/
dem mō equalem exhibitionē ad oīa entia:ꝛ susceptio/
nem sube prima materia recipit:ab habitudine aūt spe/
ciei aduenit ipsi talis permutatio.

¶ Maxime aūt propriū sube vr̄ esse: ꝙ eadem
ꝛ vna numero exñs ꝯrioꝝ sit susceptiua: puta
in alioꝝ quidē.n. in nullo vtiq; hēbit aliqs qd̄
tale affirmare q̄cūq; non sunt substātie: ꝙ vnū
numero exñs susceptiuum sit ꝯrioꝝ: veluti co
loꝛ:q est vnus ꝛ idē numero: non erit albus
ꝛ niger: neq; actio eadem ꝛ vna numero non
erit praua ꝛ studiosa: silr̄ āt ꝛ in alijs quecūq;
non sūt substātie: substātia aūt vna ꝛ eadē nu-
mero exñs susceptiua est contrariorum: velut
quidā hō vnum ꝛ idem existens quādoq; qui
dem albus: quādoq; aūt niger fit: ꝛ calidus ꝛ
frigidus: ꝛ prauus ꝛ studiosus: in nullo auteꝫ
aliorum videtur qd̄ tale.

¶ Cum dixisset: quecūq; sube cōmunia:ꝛ adinuicem cō
sequūtur: ꝛ non soli ipsi insunt:ꝛ q̄cūq; non oī: ꝛ ꝓpter
h̄ ostendisset:nulluꝫ hoꝝ sube ꝓpꝛium esse:ad id quod
maxime ꝓpꝛium ipsius videt̄ transit:h̄ autē est ꝙ ideꝫ
ꝛ vnū nūero exñs ꝯrioꝝ sit susceptiuū:ꝛ h̄ qdeꝫ maxīe
ondit vt ad dictā cōꝑatōem q2 magis illud ꝓpꝛiuꝫ ē vi
det̄ āt rursum appositū demōstrat:qm̄ neq; hoc proprie
propriū est:vr̄ aūt propriū:q2 soli sube inest:simul auteꝫ
qd̄ dicit̄ vr̄:insinuat:ꝙ nō est possibile accipe proprie ꝑ/
pꝛiū in primis generib⁹ ꝓpter simplicitatē: videlicet ꝛ
totalitatē primoꝝ geneꝝ ꝛ contrarioꝝ. Aut est suscepti/
ua suba:non sil' tñ:nunq;.n.simul aliqd suscipit ꝯria:in/
possibile.n.est h̄:sed vicissim:h̄ quidē ꝯtrarioꝝ exeunte
h̄ autē ingrediente: declarat aūt h̄ in exemplis:moduꝫ
aūt propꝛij isinuauit:q2 taq; soli inexñs ꝓpꝛiū ipꝫ dixit
ex eo ꝙ in nullo alioꝝ quecūq; non sunt sube ꝯsidera/
tur h̄ propriū:si.n.in alijs qdem nō est:quedā aūt suba
s.indiuidua:vicissim ꝯria suscipit:palā ꝙ ꝓpꝛiuꝫ sube di
cet̄:ñ taq; oī sꝫ taq; soli inexñs meli⁹ ē.n.ꝓpꝛiū:qd̄ soli
ꝛ non oī:illo qd̄ oī sed nō soli inest. Cōtrahi.n.gaudēt ꝑ
pꝛia: sꝫ vt soli exñtia:ꝛ in. 5°. topicorum ita ꝓpꝛium dif
finiuit. Est aūt ꝛ ꝭm ꝯuersionē ipsuꝫ speculari:si.n.suba
est gen⁹: ꝛ est aliqd sp accipe sub gn̄e vnū indiuiduum:
aliud idē exñs ꝯrioꝝ est susceptiuū siue vnū ꝛ idē exi/
stens ꝯria suscipit suba:hoc est propriū igit̄ vt in sola in
diuidua suba ꝯsiderat̄. Exēpla aūt in quodaꝫ hoīe ꝓpo
nunt̄:aliqñ quidem ꝭm corpus vt albo ꝛ nigro:ꝛ calido:
ꝛ frigido:aliqñ ꝭꝫ aiaꝫ vt in prauo ꝛ studioso. Videt̄ āt
scd̄e sube eē susceptiue ꝯrioꝝ: sic.n. Socrates stultus ē
ꝛ prudens: ita ꝛ hō ꝛ aial est:sꝫ si ꝓpter Socrateꝫ hō ꝛ
aial non ꝭm se:sꝫ ꝭm accñs inest ipsis:q2 inest his quidē
sub ipsis:hoc aūt vnū nūero apponit̄ significās:ꝙ si ho
minē vniuersalē qs accipiat:nō suscipit ꝯria. Si aūt eū
qui in hoc hoīe:puta Socratē suscipit. sꝫ aūt si gn̄a ꝛ spe
cies suscipiūt ꝯria:velut hō timorē ꝛ audaciā:non soluꝫ
in suba erit h̄:sed ꝛ in alijs plurib⁹. Mot⁹.n.velox ꝛ tar
dus fit:ꝛ hitus:ꝛ dispō:ꝛ actio suscipiunt ꝯria. Aut prio
qdem vlia accipiūt:sed nō coexñtia cōmunia indiuidu
is:deinde nō vnū numero est hoꝝ vnumqdq;: sꝫ aliud
ꝛ aliud:h̄ quidē tale h̄ ens:hoc aūt alteꝝ ꝯrioꝝ: ꝛ non
ipsa suscipiūt ꝯria:sꝫ que sub ipsis:gn̄alis.n. hitus neqꝫ
prau⁹:neq; studiosus est. Qui auteꝫ sunt sub ipso:hi qui
dē studiosi:hi aūt praui sūt:ꝛ nō sustinet contrariorum
ꝑmutationē cōmune ꝯsideratū:aliqd igit̄ est ideꝫ:qbus
adsūt ꝯria:aliud aūt susceptiuuꝫ esse ꝯrioꝝ vicissiꝫ:ꝛ ge
neribus qdē adsūt ꝯria:susceptiuū āt esse soli materie
ꝛ his: que cū mā ꝯpositiōis substātijs:gn̄ibus aut ꝭm ac
cidens:pp qd̄ apponendū ad ꝓpꝛium sube:ꝙ non ꝭm ac
cidens ꝯria suscipiat:apponendū aūt ꝛ ꝙ ꝭm eam: q̄ in
ipso ꝑmutationem: vt ea q̄ dubitata sunt de gn̄ibus ex
cludamus. Iteꝝ aūt intellectualem subam inducūt hec
tanq; nō suscipientē ꝯria:sꝫ idem dicēduꝫ:ꝙ non de il/
la nūc est sermo:sꝫ de dicta. Sꝫ aiunt:cuius ꝯriuꝫ est sol
susceptiu⁹: qui in vna spē semꝑ manet eodem mō:neqꝫ
n.motui ipsius aliqd est ꝯriū: q̄uo āt vlr̄ in ꝑpetuis sub
stantijs verum est h̄:ꝙ vicissim ꝯria suscipiunt:celum
n.nunq; stabit:status aūt motui ꝯrius: sꝫ ꝛ ignis corru/
ptibil' exñs calitatis susceptiu⁹ ē:sꝫ nō frigiditatis:ꝛ nix
ecōuerso. Aiūt ad istantias qdē ꝑpetuaꝝ subaꝝ dicēdū
ꝙ ꝓpꝛiū hic ponitur omnis sube:q̄ pōt fieri in ꝑmuta/
tiōibus:sꝫ ñ illi⁹ que ꝭꝫ intrāsmutabilitatē existit. Ad
instātias aūt de niue ꝛ igne dicēdū:ꝙ susceptiuā eē cō/
trarioꝝ ait:sꝫ nō substātiari in ꝯrijs:ignis aūt non susci
pit calitatē: sed in suba ipsius est:nihil aūt seipsum susci
pit:sꝫ extrinsecoꝝ aliqd velut aq̄ calitatē suscipit:aduē/
titiā exñtē q̄litatē: humiditatē autē non ad h̄: ꝯplanta
ta.n.est ipsi. Et celestia igit̄ in circulari motu eē hñt: sꝫ
non vtiq; hēbunt aliq; vicissitudinē ꝯrij:si aūt neq; q̄li/
tates sūt tales ꝓpꝛietates:sꝫ subales dr̄ie:ꝛ ꝯpletiue sub/
stātie:non vtiq; manēs aliqd in vtraqꝫ ea q̄ ꝭm subam
iustū:sed qbus non nā:ꝛ insepabil'r alteꝝ inde est ꝯrio
rum:h̄ sunt susceptiua:nō oꝫ aūt in oīb⁹ ꝯrijs susceptiuū
ingrere:sꝫ sufficit in q̄cūq; ꝯrietate:ita ꝛ ignis ondetur
vtiq; ꝯsuscipiēs ꝯrietatem ꝭm locū:sꝫ sol idiuidua suba
exñs:q̄ ꝯrietate ꝑticipat:aut q̄uis nō sit susceptiua ꝯrio
rum:cū in gn̄e ipsi⁹ aiunt:h̄ est in indiuidua suba:est ac/
cipe aliqd idiuiduoꝝ:qd̄ susceptiuū est ꝯrioꝝ. Si āt ali
quis h̄ acceptet:neq; oī indiuidue sube inest ꝓpꝛietas:
sꝫ cuidā solū ei q̄ in gn̄atiōe ꝛ corruptiōe. Per hāc autē
ꝓpꝛietatē id plane isinuat̄:ꝙ suba ꝛ maxīe indiuidua:
supponit̄ vtiq; oīb⁹ ꝛ circa ipsā:ꝛ i ipsa alia existūt:ꝛ nul
li alioꝝ ꝯuenit eē susceptiuū:neq;.n.ad ꝓpꝛiā subsisten/
tiā:sibi sufficiūt accidētia: pp qd̄ neqꝫ supponūt̄ alicui

sꝫ altero

sed alterius sustentaculo indigēt: propter qd̄ neq; hec
suscipiunt ꝯtraria. Subintelligit enī sustētaculo eget
velut corp⁹ albū ꝛ nigrū fit idē manēs: albū aūt sece/
dit nigro adueniēte. Et aīal qdē est hō: qm̄ ꝑmanēt su
scipiūt ꝯria ꝭꝫ ꝙ sūt sube in quodā hoīe: coloꝛ aūt nō
ꝑmanet: ꝛ ꝓpter hoc nō suscipit:cū enī recedit album
tūc secedit cū ipso ꝛ coloꝛ:ꝛ nō amplius est:ꝛ qñ adue/
nit nigredo: simul cū ipsa aduenit coloꝛ. Aut sine hoc
est:qñ est:nō tñ solū colores ingrediētes ꝛ egrediētes
suscipiūt. Sed aiūt hoc accñs est circa subam:qd̄ aūt
est suba:nō est dubiū:aut sensibili suba cōpassibili exi
stente:ꝛ in alio hñte esse:ꝛ ꝓpꝛietates erunt tales:qua
lis est nā ipsis qui ꝛ querit ipm esse:inuisibile aliqd q̄/
rit:ꝛ melius q̄ ꝭm sensibilē subaꝫ que in oībus existit
eadē sube spēs:propter qd̄ ꝛ in vnoquoq;: ꝛ in cōib⁹:ꝛ
in simplicib⁹:ꝛ in cōpositis:esse dicit̄ in vnoquoq; ipo
rum nouē. albū enī ꝭm transumptionē entis albū esse
dicit̄. Sed aiunt. si sensibilis substātia nō sine magni/
tudine est:neq; sine q̄litate:q̄uo adhuc accñtia separa
mus: velut calidū:siccū: qd eniꝫ erit suba:quales eniꝫ
sube sunt iste:qd igit̄ est circa qd̄ qualis suba: q̄ vide
licet ipm subꝫ. erit igit̄ ignis: nō totus suba:sed aliqd
ipsi⁹: velut pars. hoc aūt erit taq; mā. Et ista ratio duo
falsa assumit. vnū qdē q2 qd̄ cōmixtū:ꝛ cōpactū:eam
que est hic subaꝫ sepans ꝯsiderat:q̄uis nūq; subsistat
seorsum vnūqdq; ꝭm ꝓpꝛiā subam: sed inuicē:ꝛ cum
inuicem omnia habeant qualitercūq; subsistere: ꝭm
aūt ꝙ calidū ꝛ siccuꝫ:ꝛ eas que ꝭm spēs ꝛ drñtias aut
qualitates accipit:ꝛ eam que ꝭm spēm subam:non co/
assumit in rōne. ab his enī omnibus ꝓcessit ad absur/
ditatē ꝙ putemus esse māꝫ ꝓpꝛie subaꝫ. Et Archytas
etiā eandem ꝓpꝛietatē sube assignauit dicens. substā/
tie ꝓpꝛiū existere eandē ꝛ vnā numero ꝑmanentē con
trarioꝝ susceptiuā esse: ꝯtrariū enī somno est vigilia:
velocitati aūt tarditas:ꝛ sanitati egritudo: ꝛ idem ho/
mo vnus numero fit susceptiuus hoꝝ:eteniꝫ vigilat ꝛ
dormit:ꝛ tardius ꝛ celerius mouet̄: ꝛ sanus est:ꝛ egro
tat: ꝛ his similiū susceptiuus est:nō tñ ꝭm ideꝫ tēpus.
In his aūt ꝓꝑetas sube dicta est eadē:ꝛ cām vicissitu/
dinarie permutatiōis ꝯtrarioꝝ dixit. per hoc ꝙ dicit:
nō ꝭm ideꝫ tēpus. Et adhuc soluit dubitationes indu/
ctas a cōgenitis ꝛ semꝑ motis:ꝛ semꝑ entibus. omnes
enī he:nō ꝭm tēpus adueniunt. Dubitationes auteꝫ a
generib⁹ soluit:per hoc ꝙ addidit ꝑmanenteꝫ:qm̄ illa
nō permanēt. nō enī in albo coloꝛ suscepit nigrū:sꝫ se/
cedit cū albo. et non amplius idē ꝑmanet. Iamblicus
aūt magis Pithagorice per oēm subam ꝭm analogiā
extensam hanc ꝓpꝛietatē sube ostēdit. In intellectua/
li enī suba ait:motus est ꝛ statio idētitates ꝛ diuersita
tes simul sube coexistūt:ꝛ contrarietas hic in suba exi
stit:nō vicissim: sꝫ simul ꝛ susceptiuū aliter in ipsa di/
cit̄:q̄ sicut in cōpositis ꝯsiderat̄. h̄ enī distinctione fa
cta:aliud qdē est qd̄ supponit̄:aliud qd̄ insit:in simpli
cissima aūt suba:nō aliud est in quo fit:ꝛ aliud qd̄ insit
neq; in alio ꝛ alio:sꝫ vnū oīa sunt:in suba aūt imobili:
ꝯceptio ꝛ valde ꝯtinua toti⁹ nāe ꝯsiderat̄:ꝭm celū nō
solū ex eo ꝙ ꝯtinet oēs:ꝛ nulla est extra ipsam: sꝫ ꝛ q2
nulli⁹:neq; iclinatiōe ei⁹ qd̄ mouet̄: neq; electiōe aīa/
ti:vel inaniati:simul aliquas duas lationes oppositas
iuicē sufferre potētis. dico aūt velut ante:ꝛ retro:ꝛ ite/
rum a dextra ꝛ sinistra:ꝛ sursum ꝛ deorsum:solū h̄ vi
det̄ ecōuerso: nō potēs mouere vnāquāq; per seipsaꝫ
vel duas solas vel tres:sꝫ simul oēs ꝛ stupenduꝫ aliqd
circa ipsuꝫ:ꝛ mirabile existit. s. ꝯrietatis vniuscuiusq;
ꝯceptiuā esse ꝯtrariā. que.n.ꝭm vnūqdq;:ꝛ vīsa ꝛ mo/
ta eleuatio: circa decisionem oriçontis:ꝛ ascensu s qui/
daꝫ exñs: ex his que sub terra ad ea que supra terram
sunt:mox factiua est ꝯtrarij motus hoc ē in altera par
te oriçōtis dicti occasus. ꝓpellit enī ꝛ ꝑuoluit quodā/
mō ipm totū corpus per se:ꝛ superingredit̄: ita vt ꝑfi/
ciat illū nō minus siquidē ꝛ ille per seipm h̄ꝫ motum
facit per ꝓpulsionē. simile aūt itelligat̄ ꝛ in ante ꝛ re/
tro anteriori qdē ꝯsiderato. in vnoquoqꝫ hitatiōis cli
mate ꝭm id qd̄ dī mediatio celi:posteriori aūt ꝭm op/
positū ipsi:qd̄ dī oppositūꝫ mediationis celi: que qui/
dē ꝑ inuicē ꝛ ex inuicē superuētio ꝛ antipistasis ꝯñter
ostendi pōt. ¶ Dictarū aūt q̄tuoꝛ circūstātiaꝝ cōiter
qdē in toto celo intellectaꝝ:breuē quādā instantiā ac/
cipiunt:que circa polos carentia illis:ꝓpter loci idēti/
tatē:ꝛ in erraticis aūt lꝫ dicta ꝯsiderare: eleuatiōes.n.
ꝛ demissiones ꝛ ꝓcessus ꝛ ꝯuersiones faciunt. nō solū
per ea que diximus: sed ꝛ directi ꝛ retrogradi ꝛ a de/
xtra ꝛ a sinistra lationem circa ipsas:certaꝫ est videre
ad boreaꝫ vel ad austrū a medio ꝛ econuerso. ad me/
diū ex vtraq; parte lacū:ita vt mot⁹ ex motib⁹: ꝛ oīuꝫ
motuū ꝯtētiuus adsit celo cōtrario simul motus in se
ꝯtinenti:ꝛ agenti cōtrarios motus a ꝯtrarijs. adsunt
igit̄ celo ꝯtraria ꝛ simul adsunt ꝛ inuiceꝫ subsistunt ꝛ
abinuicē qdē sunt. Preterq; ꝙ tātū hoc differt ab in/
tellectuali ꝯtrarietate:ꝙ h̄ qdē vni inerat:ꝛ ꝭm vnam
subam. hec aūt in alio ꝛ alio ꝛ circa aliā ꝛ aliaꝫ subam
cōtrarias facit naturas. vltima qdē nā sube neq; con/
plātata ꝯtraria hēt simul ambo:sꝫ sicubi cōplātatum
aliqd ꝯtrarioꝝ in ipsa existat:partitū hēt alteꝝ ipsoꝝ:
multa aūt taq; aduentitia:deforis suscipit:ꝛ hec nō si/
mul:neq; ꝭm subam:neqꝫ ꝭm tēpus: sꝫ alias alia: ꝛ in
alia parte corporis transumēs. q̄re ꝛ circa hanc inq̄tū
aptuꝫ natū est ita ꝯsiderat̄ in eo qd̄ ꝯtrarietatis ꝑtu/
lit ergo proprietatem hanc sube cōem penes omnem
subam existentē: videamus aūt quenā dubitet Arist.
ad ea que sunt dicta.

¶ Nisi aliqs instet oꝛonē ꝛ opionē dicens eē
ꝯtrarioꝝ susceptiua. Eadē.n.oꝛo vera ꝛ fal/
sa videt̄ eē: velut si vera sit oꝛo sedē aliquē:
surgente ipso falsa erit eadē h̄. Silr̄ aūt ꝛ in
opione. si.n.aliquis vere opinetur sedere ali/
quē surgente ipso falso opinabit̄:eandeꝫ hñs
de ipso opionē. Si aūt aliqs hoc acceptet: sꝫ
mō ipso differt. ea enī que in substantijs sunt
ipsa transmutantia susceptiua sunt ꝯtrarioꝝ.
ex calido.n. frigidū fcm̄ trāsmutatū est: altera
tū.n.est ꝛ nigrū ex albo ꝛ studiosum ex pra/
uo. Silr̄ aūt ꝛ i alijs vnūqdq; ipoꝝ trāsmu
tationē recipiens: ꝯrioꝝ est susceptiuū. Oꝛo
aūt ꝛ opio ipsa qdē imobilia oīno permanēt.
re aūt mota ꝯtrariū circa ipsa fit. oꝛo enī per/
manet eadē aliquo sedēte. re aūt mota qñq;
qdē vera: qñq; aūt falsa dī. silr̄ aūt ꝛ in opio/
ne. q̄rit̄ ꝭm modū ꝓpꝛiū vtiqꝫ erit sube: ꝭm
sui transmutatiōeꝫ susceptiuā ꝯrioꝝ esse. Si
aūt aliqs ꝛ hoc acceptet: opionē ꝛ oꝛonē su
sceptiuā esse ꝯrioꝝ nō est veꝝ hoc. oratio.n.
ꝛ opio in eo ꝙ ipsa susceperint aliquid dñr
esse susceptiua ꝯrioꝝ. sed eo ꝙ circa alteꝝ qd

passio facta est.eo.n.ꝙ res est vel non est.icirco ⁊ oꝛo vera aut falsa eē dr̄. nō eo ꝙ ipsa susceptiua sit ꝯtrarioꝝ. Simplr̄.n.a nullo neqꝫ oꝛo mouet̄:neqꝫ opio:q̄re nō vtiqꝫ erunt susceptiua ꝯtrariorum.nulla in ipsis facta ꝯtria passiōe. Suba vō eo ꝙ ipsa ꝯtria suscipiat:h̄ susceptiua ꝯtrarioꝝ dr̄ esse. Egritudinē.n. ⁊ sanitatē suscipit: ⁊ albedinē ⁊ nigredineꝫ ⁊ vnūqđqꝫ taliuꝫ: ipsa suscipiēs: ꝯtrarioꝝ esse dr̄ susceptiua. Quare ꝓpriū vtiqꝫ erit sube: idē ⁊ vnuꝫ nūo ens:ſm sui trāsmutatiōeꝫ susceptiuā eē ꝯtrioꝝ: ⁊ de suba qdē tot dcā sint.

¶ Qm̄ oꝛo ⁊ opio vera ⁊ falsa esse vñr:⁊ est ꝯtriū veruꝫ falso.oꝛo aūt nō est suba. Sꝫ que qdē in ꝓlatiōe q̄tū: que aūt in opione quale: merito dubitat ne forte non solū subꝫ ꝯueniat ꝯtrioꝝ esse susceptiuū: ⁊ soluit dubitationē ſm ꝯcessionē ⁊ instātiā.ꝑus quidē ꝯcedēs orationē ⁊ opionē suscipe veꝝ ⁊ falsum. oñdit ꝙ nō sicut suba suscipit.illa.n.per suiipsiꝰ mutationē suscipit cōtraria.oꝛo aūt ⁊ opio nō trāsmutatiōe sui ipsaꝝ: sꝫ rei deinde ⁊ suscipe totalr̄ interimit:qđ.n.suscipit trāsmutationeꝫ aliq̄ꝫ submanet. In oꝛone aūt ⁊ opione nulla fuit trāsmutatio:sꝫ trāsmutata oꝛo ⁊ opio vera ⁊ falsa dicit̄. ꝓprie aūt dixit dici ⁊ nō fieri. Est aūt ⁊ ita argumētari nō est vna ſm numeꝝ ꝑus dicta oꝛo:cū scđa:ēt ſm ipm̄ Arꝫ.dcm̄ est.n.ait:⁊ nō ampliꝰ erit qđ dcm̄ est accipe.oꝛo.n.est eoꝝ que fiunt per successionē:⁊ ꝓpter hoc neq̄ꝫ positionē hñtiū est q̄re spē eadē fit ꝑus dicta cū scđa vera cū falsa: ⁊ nō nūero vna:sicut dcm̄ est in suba. Et opio aut oꝛo ē itus in successiōe ⁊ ipa existēs: ⁊ eadē vtiqꝫ de ipsa dicent̄. Sed dubitāt qdā istātes ad has argumētationes:⁊ dicūt ꝙ ⁊ si non patiant̄ extrisecā passionē oꝛo ⁊ opio:nō iā ꝓp h̄ neq̄ꝫ patiunt̄:sꝫ patit̄ oꝛo ⁊ suscipit in se transmutationē ſm veꝝ ⁊ falsuꝫ.oꝛonis.n. ⁊ opionis est h̄ ꝯtrietas:qm̄ autē iaꝫ dicere est:neq̄ꝫ aiam susceptiuā esse ꝯtrioꝝ: qm̄ nō suscipit albū ⁊ nigꝝ.nō.n.nata est esse susceptiua hoꝝ: quoꝝ aūt nata est hec suscipit prudētiā ⁊ stulticiā: ⁊ oꝛo igit̄ ⁊ opio oꝛonis ⁊ opionis trāsmutationē eā.s. que ſꝫ verū ⁊ falsum suscipit:sꝫ nō eā que ſm sedere ⁊ nō sedere.erit igit̄ circa ipsa ꝯtrietas ſm trāsmutationē:sꝫ congruā opioni ⁊ oꝛoni.forte igit̄ mediū tenētē iter Aris. ſmones ⁊ stantē ꝯ ipsos opꝫ dicere ꝙ alius est iste modus susceptiōis qñ alio patiēte ipꝫ in nullo ꝑmutatū: alterā tñ recipit habitudinē.sicut videmꝰ i his que ad aliqd.qđ.n.ꝑus dextrū nihil ipm̄ permutatū sinistrū fit alio trāslato: ⁊ oꝛo aūt ⁊ opio ſꝫ habitudinē ad res hñtes veritatē ⁊ falsitatē nihil miꝝ si rebꝰ trāsmutatis variāt habitudinē nihil ipsa passa. Aristo. vō susceptionē illā negauit ſm quā nec̄e ē pati aliqd id qđ suscipit:q̄uis igit̄ dicant̄ trāsmutari penes trāsmutationē oꝛonis ⁊ opionis nōdū tñ aliqd patiētia trāsmutātur:sic̄ corpꝰ qđ calefit ⁊ īfrigidat̄. Sꝫ aiūt cuiꝰ adherētes itellectu.hec qdē subas diximus.hec aūt passiōes. Forte huic ꝙ dr̄ alicui eē: ⁊ huic ꝙ dr̄ h̄: ⁊ huic qđ dr̄ subꝫ eē.⁊ nō in subo ē:⁊ huic qđ ē alteriꝰ eē: sꝫ zª suba nihil hoꝝ hēt fere. eteni de alio dr̄ ⁊ in alio ē ⁊ alteriꝰ ⁊ hoc nō ꝯgruit ipsi. ¶ Aut q hec dicēs aspicit ad substantiā que sine hitudine specificā gñatā ⁊ non in eaꝫ que ꝑticipata est: ⁊ iā facta ē sensibilis cui oīa dicta insunt ſm subsistētiā in idiuiduo. id aūt qđ dr̄ ꝙ in alio ⁊ in alio est si ꝯuenit ipsi nō sicut in subo:neqꝫ sicut album corpis est:sꝫ vt ꝑtes sube. ¶ Opꝫ aūt ⁊ hoc scire ꝙ supremoꝝ generū non est posse certas diffōnes assignare:sꝫ rōnes ipsoꝝ magis assimilant̄ monitiōi ⁊ descriptiōi:⁊ opꝫ non plus expetere ab ipsis q̄ꝫ pñt.sufficit igit̄ ꝓpriū aliqd assignare circa ipsa a qbus possint aliqd cog̃sci. ¶ Hoc ipm̄ aūt dignū attētione est: quo dr̄ suba ſm sui transmutationeꝫ susceptiua ꝯtrioꝝ: neqꝫ.n.mā ſm dicentes mām esse impassibilē transmutat̄ aut vertit̄ aut patit̄ ꝯtria:sꝫ circa ipsam transmutationes fiunt:⁊ spēs aut si imaterialis est oīno ⁊ manēs eadē suscipit ꝯtrietates ſm q̄le:neqꝫ hoc ſm eā que in seipso ꝑmutationē hēbit ꝯtria:sed si forte solū compositū transmutatū ⁊ versum ꝯtrietates hēbit:⁊ ita in sola indiuidua ⁊ composita suba ꝓpriū hoc assignabit̄ ⁊ coartabit̄ proprietatis sube assignatio. ¶ At vō si vtamur quorundā ꝑipateticoꝝ opionibꝰ: ⁊ pati mām ꝓnūciemus:quo simplr̄ exñs mā ⁊ in poª solū subsistēs transmutās ex eo ꝙ est ⁊ in actū veniēs nō corruptionē hēbit transmutationē.simplr̄.n.nō in alio qdē hñs esse: ſꝫ aliud aūt trāsmutās corruptionē hēbit ꝑ transmutatiōe totū a seipso discedēs.si aūt aliquis hoc formidās circa mām dicat fore ꝯtrietatē nō adhuc eo ꝙ ipsa aliquid patiat̄ vel transmutet̄: sꝫ ſm accñs hēbit circa se ꝯtria. Et de spē aūt eadē rō est.si.n.intellectuales ipsius ꝓprietates manēt eedē.circa sensibiles aūt ipsiꝰ dr̄ias ꝯtrie eueniūt ꝯtrietates.spēs qdē erit manēs semꝑ imobilis:aliud aūt erit ꝙ vertit̄: ⁊ non ſm eam que in ipsa spē est trāsmutationē qđ est dicere ꝙ vnūquodqꝫ nō natū est ita ⁊ ꝑmutat̄:⁊ mā qdeꝫ transmutationē hēt.s.ꝙ alias alterius est susceptaculū. ipm̄.n. hoc susceptaculū vult esse.spēs aūt eam que ſm qualitatem alterationeꝫ. ¶ Et forte Aristo. destruxit tales dubitationes per hoc ꝙ dixit:idē ⁊ vnuꝫ numero manens.palaꝫ.n.ꝙ talis transmutationē inquirere opꝫ.sꝫ de substātia quidē hec sufficiant.

¶ Incipit predicamentum quantitatis.

Quanti aūt hoc quidē est distinctū. hoc aūt continuum: ⁊ hoc quidem expositionem habentibus adinuicem: hijs que in ipsis partibus consistit. hoc autem ex non habentibus positionem. Est aūt distinctū qdeꝫ velut numerus ⁊ ſmo. cōtinuuꝫ aūt velut linea: superficies: corpus. adhuc aūt preter hec tēpus ⁊ locus. partium quidē.n. numeri nullus est cōis terminus: ad quē copulent̄ partes ipsius. velut qnqꝫ si sunt ꝑs decē ad nullū terminū cōem copulant̄ quinq̄ꝫ ⁊ quinq̄ꝫ: sꝫ distincta sunt. ⁊ tria ⁊ septem ad nullū terminū cōem copulātur: neq̄ꝫ vlr̄ vtiq̄ꝫ hēbit̄ in nūo accipe cōeꝫ terminū ꝑtiuꝫ: sꝫ distinctꝰ est quare nūs qdē distinctꝰ est. Quare nūs qdē distinctoꝝ est. silr̄ ⁊ ſmo. Oꝛ qdē.n. q̄tū sit ſmo manifestū est. Mensurat̄.n. syllaba breui ⁊ longa. dico aūt ipm̄ ſmonē qui cuꝫ voce fit. ad nulluꝫ.n. cōem terminuꝫ ipsius partes copulant̄. non eni est cōis terminus ad quē syllabe copulentur. Sꝫ quelibet distincta est ipsa ſm seipsaꝫ. Linea aūt ꝯtinua est. Est eni accipere cōmunem terminum ad quē partes ipsius copulantur punctū: ⁊ superficiei lineā. Plani.n. ꝑtes ad quēdaꝫ cōem terminū copulant̄. Silr̄ aūt ⁊ in corpore: hēbis vtiqꝫ accipere cōem terminū lineā: ⁊ supficiē ad quē corpis ꝑtes copulātur. Est aūt ⁊ tp̄s ⁊ locus taliū. nunc.n. tēpus copulat ad ꝑteritū ⁊ ad futurū. Iteꝝ locus cōtinuoꝝ est. locū.n. quendā corporis ꝑtes obtinent: que ad quendā terminū cōem copulant̄. Igit̄ ⁊ loci partes que ꝯtinent singulas corporis partes ad eūdē terminū copulant̄ ad queꝫ ⁊ loci ꝑtes. Quare ꝯtinuū vtiqꝫ erit ⁊ locꝰ: ad vnū.n. cōem terminū ipsiꝰ ꝑtes copulant̄.

caracterem enim suipsius: vnumquodq; potest facere
que facit. sed quomodo qualitas dicit substantiari ſm
caracterem. siquidē ꝛ quodlibet predicamentoꝝ pro
prium habet caracterem:ſm quez subsistit: ꝛ differt ab
alys. Aut ꝛ ille ſm qualitatez ꝛ eam que adinuicem ha
bent differentiam:ꝛ caracterem. sicut hypostasim ipsaꝫ
ſm substantiā. qualitatis enim proprium est distinguere
substantias adinuicem: ꝛ proprium caracterem facere
insimul:ꝛ operationem circa quale ꝛ circa caracterem
connectere.sicut quantitas circa quantuꝫ solum opera-
tur:ꝛ substantia circa substantialez speciē insistit. Sed
hec quidē de diuersis expositoꝝ copiose scripta sint.ops
aūt iaꝫ ꝛ ad litterā Aristo.conuertere sermonē.

¶ Una quidē species qualitatis:habitus ꝛ dis
positio dicantur. Differt autem habitus a dis
positione: eo ꝙ permanentioꝝ ꝛ diuturnioꝝ
fit.tales aūt scientie ꝛ virtutes. Scientia enim
videtur permanentium esse: ꝛ difficile mobi-
lium: ꝛ si mediocriter scientiaꝫ quis accipiat:
nisi magna trāsmutatio fiat ab egritudine: vel
aliquo alio tali. Similiter autem ꝛ virtus: ve-
lut iustitia ꝛ temperantia: ꝛ vnumquodq; ta-
lium:non facile mobile videtur esse:neq; fac-
le trāsmutabile. Dispositiones autem dicun-
tur:que sunt facile mobilia: ꝛ cito transmuta-
bilia: velut caliditas: ꝛ frigiditas: ꝛ egritudo:
ꝛ sanitas: ꝛ quecūq; alia talia. disponit qui-
dem enim aliqualiter ſm has homo. Cito au-
tem trāsmutatur ex calido frigidus factus: ꝛ
ex valere in infirmari. Similiter aūt ꝛ in alijs:
nisi aliqua ipsarum harum egritudinum exi-
stat propter multitudinem temporis: iam na
turalis facta: ꝛ immobilis: vel omnino diffi-
cile mobilis existens:cū vtiq; aliquis vbi habi
tum iam appellabit. Manifestū autem ꝙ hec
volunt dicere habitus: que sunt diuturniora
ꝛ difficilius mobilia: non valde enim obtinen
tes scientias. Sed facile mobiles existētes:nō
aiunt habitum habere: quāuis disponātur ali
qualiter ſm scientiā: vel deterius: vel melius.

Quare differt habitus a dispositiōe. eo ꝙ hic
quidem facile mobilis sit: hic autem diutur-
nior: ꝛ difficilius mobilis. Sunt autem habi
tus quidez ꝛ dispositiones. dispositiones au-
tem non ex necessitate habitus. habentes qui-
dem enim habitus: ꝛ disponuntur aliqualiter
ſm ipsos. Dispositi autem non semper ꝛ ha-
bitus habent.

¶ Quod quidez multipliciter qualitas sit dicta: non tā
q̄ equiuoce significat quod dicitur. vna quidem igitur
species qualitatis. Si autem aliquis velit contendere
cōtra hoc:q; genus sit ꝛ vniuoce predicetur: propter or-
dinem eligat medium vniuocorum ꝛ equiuocorum ꝙ
ab vno:non solum in qualitate: sed ꝛ in alys nouem ge
neribus.neq; enim illa proprie sunt genera: neq; vt ge
nera de his que sub ipsis predicātur vbiq; existente or-
dine:priorum ꝛ posteriorum. sicut autem in alys: ita ꝛ
hic post descriptionem nature ipsorum: ad diuisionem
conuertitur.ꝛ tandem ad assequētia.sed quoniam qua-
drimembrez qualitatuꝫ diuisionem Aristoteles tradi
dit:insinuantem etiam aliquid bimembre: aut quater-
nariam: oportet vocare consequentiam diuisionis a bi
nario:qui sit principiuꝫ:sicut ꝛ Plato iubet: ſm pauci
res numeros scindere:prius si possibile sit. Qualitatuꝫ
enim he quidez sunt naturales.he autez aduentitie:na-
turales quidē que ſm naturam insunt ꝛ semper:aduen
titie autem que extrinsecus perficiuntur:ꝛ possunt abi
ci:ꝛ harum quidez sunt habitus ꝛ dispositiones: per diu
turnius ꝛ paucius tēporis: ꝛ per difficile abycibile ꝛ fa
cile abycibile differentes. naturaliuꝫ autem qualitatū
he quidem sint ſm illud quod potentia.he autez ſm id
quod actu:ꝛ que quidez ſm id quod potentia:ſm quas
idonei ad aliquid dicimur. Earum vō que ſm actum:
hec quidez per profunduꝫ. qō quidez ſm passiuas qua-
litates ineſt:ꝛ hoc dupliciter dicimus: scilꝫ aut ab infer
re passionez sentientibus:aut a fieri ipsas a passione: ve
lut dulcedo ꝛ caliditas:ꝛ albedo:ꝛ his similia. qualita-
tes enim sunt he siquidem qualia ſm hec dicuntur ha-
bentia:passiue autem quia passionez inferunt sensibus:
vel a passione fiunt. Uerecundatus enim aliquis rube-
us fit:ꝛ timens pallidus.Aliud autez superficiale est ea
rum que ſm actum qualitatum: sicut figura ꝛ forma:
que est figura animati: et color non ſm ꝙ color sim-
pliciter. Jam enim ille preacceptus est:sed ſm ꝙ formā
complet: et omnes que superficietenus apparent ſm
circumscriptionem apparentie. Omnino autem atten-



dendum

dendum erit: sicut ꝛ ipse Jamblicus notat: ꝙ conuenit
etiam figuram aduentitiaꝫ esse: idem enim quandoq;
quidem fit trigonum:quandoq; autem tetragonum ab
arte transformatū.ꝛ calor autem non similiter natura-
lis.sicut timentium pallor.conuenit autem ꝛ dispositio
nem natura esse ꝛ non aduentitiaꝫ:sicut sanitatez ꝛ egri
tudinez:que ꝛ habitus vtiq; erunt: si a nā obtineantur.
ꝛ propter hoc forte diuisionem in duo Aristoteles recu
sauit. Qualiter autem in primo quidez ait:vna quidez
igitur species qualitatis. In secundo autem alteruꝫ au-
tē genus qualiatis. Aut quia ꝛ species he ꝛ genera sunt
aliarum specierum: adhuc vniuersaliores existentes ꝛ
subalterne:propter hoc genera ꝛ spēs ipsas vocat:ꝛ non
quia permutatiꝫ vtitur nomine speciei ꝛ generis: quia
nondum erat nota differentia ipsoruꝫ:sicut ait Alexan.
Habitus autem ꝛ dispositiones non vt duas species in-
telligere oportet:differentys specificis distinctas: sicut
homo ꝛ bos distinguuntur: sed sicut modo genitus: ad
eum qui in perfecta etate distinguitur. non enim specie
hec differunt. Ratio enī vna in ambob⁹:quia color dis-
gregatiuus visus est albuꝫ siue ſm habituꝫ sit: siue ſm
dispositionem.sed neq; numero differunt abinuicem:si
cut Socrates a Platone.nulla enim singularizans mul-
titudo concurrens distinctionem ſm numerū fecit.sed
tempore differunt:sicut pauci temporis albuꝫ a diutur-
no ꝛ magis māsiuo vel non.sicut fundata edificatio ab
ea que non figitur. Ratio aūt qualitatis vna in ambo-
bus.quales enim ab vtraq; denominantur.sic autez ha
bitus quidē exemplū:artes ꝛ scientie ꝛ virtutes.omnes
enim difficile mobiles ꝛ permanentiam habentes. nisi
ab egritudine vel alio tali:vel a continua desidia amit-
tantur. virtutes vō adhuc magis māsiue:quia ſm oēm
operationem his vtimur.non autem artibus: ꝛ quia in
electiōe sunt virtutes:ꝛ in eo qō in nobis:nō adhuc au-
tem artes.ipse autem omnes artes scientias nunc appel
lauit:ſm quoddaꝫ cōmune significatū scientie. ¶ Dif-
ficile autem mobilium scientiam ait: et si mediocriter
aliquis scientiam acceperit:hoc quod dicitur mediocri
ter:nō id quod superficiale significante. neq; enim scien
tia:neq; habitus est quod tale.Sed quoniā sunt quedā
scientiaruꝫ:non valde demonstratiue.ꝛ propter hoc ne-
q; proprie scientie. sicut mathematicus ostendit Pla-
to:dicit ꝙ ꝛ talem scientiam sumentes: difficile mobi-
les fiunt.ꝛ erit vtiq; qō dicit mediocriter equale huic:
scientiam mediocrez existentem. Forte autez ꝛ in scien
tia est quedā intensio ꝛ remissio:sicut ꝛ ī habitu ꝛ dispo
sitione.quāuis igitur nō ad summuꝫ scientie:sed si me-
diocriter ipsam habeat:vt sciens sit: ꝛ ita difficile mobi
lis scientia est.nisi magna fiat trāsmutatio ab egritudi-
ne vel alio aliquo tali.etenim infirmati quidam amise
runt scientias:sicut apud nos in palestina prepotēs qui-
dam in rationibus:iam ꝛ eger factus: omnium oblitus
fuit:ita vt oporteret eum post resumptionem rursuꝫ ad
grāmaticalia redire:ꝛ ab alia autem causa accidit hoc:
vt in vulnerato caput.ꝛ a venenis etiā accidit obliuisci
omnium: sicut bis ꝙ cum Antonino duce exercitus ro-
manoruꝫ: parthos oppugnabant accidit ex esu cuiusdā
herbe: sicut narrat Arianus in parthicis. verumtamen
post tempus illi rursum restituti sunt in id quod ſm na
turam:quicūq; saluati fuerunt:bibentes poculuꝫ ex vi-
no ꝛ oleo. hoc enim a casu adiutorium inuentum fuit
contra passionem. Similiter autem ꝛ virtutes ait non
eē facile mobiles non quia similiter artibus:ꝛ scientys
habeant ꝙ difficile mobile: firmiores enim illis sunt.
Sed quia ꝛ he nō facile mobiles sunt. maiorem autez
firmitatem habent sicut dictum est:quia vbiq; requiri
tur vsus ipsaꝝ:ꝛ opatio in omni loco ꝛ in oī tpe:ꝛ omni
actione:ꝛ omni vite circūstantia. Dispositionis autem
exemplum ponit caliditatem non naturalez: qualis est
caliditas ignis.Sed aduentitiam:qualis est: calefacte
aque:ꝛ frigiditatez non eam que nuis: sed eā que tem-
poraliter frigefactorum corporum que ꝛ abscedunt:ꝛ
egritudo autem ꝛ sanitas facile mobilia sunt: cito enim
ꝛ hec transmutantur ad contrariuꝫ: nisi aliquis per lon
gitudinem temporis naturetur in istis:egritudine insa
nabili facta:ꝛ sanitate difficulter amissibili quando iaꝫ
neq; dispositiones.sed habitus cōgruit tales appellare.
ꝙ autem mansiue qualitates habitus sint: persuadetur
a consuetudine.non detinentes enim theoremata:sed fa
cile amittentes:non aiunt habitum habere: quāuis dis-
ponantur aliquo modo ſm scientiam.disponi enim di-
cuntur facile transcēdentes.Oportet autez ait Jambli
cus non putare dispositionem esse genus habitus. sem-
per enim adesse oportet generi specificam differentiaꝫ:
ad constitutionem specierum: nulla autem talis adest:
quando non fixa qualitas fit fixa. ¶ Quomodo igitur
dixit ꝙ habitus quidez sunt ꝛ dispositiones:dispositio-
nes autem non semper habitus.hoc enim genera ad spe-
cies pati videntur.sed genera quidē ait hoc pati ad spe
cies:eo ꝙ genera dicātur in plus speciebus. habitus vō
nō propter hoc semper dispositiones sunt: eo ꝙ in plus
ipsis dicatur disponi. sed quia existens quidem in ha-
bitu:disponitur ſm habitualem qualitatem:dispositus
autem ſm qualitatem:non semper ſm habitum habet
dispositam qualitatem.sed ꝛ sic in plus dispositio habi
tu demonstrat. non enim vtiq; glaucedo ꝛ simitas ſm
intensionem quidem primuꝫ subsistunt.disponūtur vō
glauci ꝛ simi. Quedam igitur ex remissis facte sunt in-
tense:non artium susceptiones a remissa qualitate in fi
xam. Quedaꝫ autez neq; intense fiunt:sed ſm transmu
tationem primo substiterunt: vt lac transmutatum et
nō intensum:caseus fit.ꝛ lutum later:ꝛ vinum acetum.
quare dispositio non est genus.hec quidem Jamblicus
obscure scripsit.Syrianus autem ait.est prima species
qualitatis dispositio: huius autem partim quidem ha
bitus:partim autem dispositio equiuoce generi. Forte
autem neq; genus omnino est cōmunis dispositio eius
que opponitur ad habitum: sed equiuoce solum sunt.
cōmune quidem ſm disponi aliqualiter dicta. proprie
autem ſm disponi solum.eo enim ꝙ non firmiter: sed
solum disponitur huic:ꝛ facile abycibilis dispositio est.
aliud autez est disponi aliqualiter:siue mansiue:siue fa
cile transmutabiliter.ꝛ aliud disponi solum. Si autem
esset genus dispositio illa: huⁱ debebat ꝛ ipsa qualiter
cunq; disponi: nunc autem facile abycibilis est solum.
Accusat autem Nicostratus dicens cū dixisset vna spe
cies qualitatis.non vnam induxit: sed duas.s.habitum
ꝛ dispositionem.ignorat autem ait ꝙ vnā speciem dispo
sitionem accipit:sub qua ordinat habitum ꝛ dispositio-
nem:cōmunē equiuocaꝫ.sicut sub cōmuni iustitia:par-
ticularis iustitia:ꝛ sanctitas ordinātur. Et hic Jambli
cus quandā quidem dispositionez in genere ait:ꝛ com-
munem.quandam autez in specie.non quia genus pro-
prie esse velit.Sed cōmunez genus vocans. Et ſm aliū
autem modum Jamblicus dubitationem soluens: ait
vnam speciem esse ambo habitum: scꝫ ꝛ dispositiones.
non enim habent generis ꝛ speciei rationes adinuicez:
tempore solo ꝛ per facile: ꝛ difficile:transmutabile dif-
ferentes.propter quod ꝛ in eadez specie considerantur:
ꝛ natura ipsarū preeminentioꝝ est reliqua.ꝛ rememoratē

vniuersalis determinatiõis: q̃ Arist. determinauit quã-
do in aliã speciem transit facta transmutatio: ⁊ tunc in
vna fit translatio: eas quidẽ que ſm corpus ⁊ materiaꝫ
diuersitates non assumens in specificas differẽtias. eas
autem que ſm rationem solas: impermutationem spe-
cierum assumens. propter quod masculinum ⁊ femini-
num quãuis plurimaꝫ habentia differentiam: ſm alias
operationes ⁊ ſm generationes: tamen ſm specieꝫ non
vult differre: neq; album hominem a nigro: neq; si ſm
tempus fiat aliqua differentia. velut si aliqui in mon-
tibus habitantes longeuiores sunt: sicut qui dicũtur α-
κρόθωται vel in paludibus pauciores ipsis. non enim
variatio ſm tempus diuersam speciem hominum ope
ratur: sed manet eadem species continens differentias:
sed tempus. ⁊ in habitu igitur ⁊ dispositione intensio ⁊
remissio materialior est: ⁊ non facit differentiã ſm spe
ciem. Que enim ipsius magis ⁊ minus indeterminatio
oritur a materia. ⁊ que ſm tempus extẽsio ⁊ abbreuia-
tio aliene se habet ad factionem speciei: neq; eniꝫ facit
differens ſm speciẽ: neq; enim complet tempus discur
sum speciei: sed seruit soluꝫ ipsi ad vite protensioneꝫ. ⁊
littera que ab Aristo. examinate ꝓducta: soluit dubita-
tionem: non eniꝫ dixit vnuꝫ genus. sed vna species qua-
litatis dicatur habitus ⁊ dispositio vna sola copulatiua
coniunctione dictum est: habitus ⁊ dispositio. tanq̃ in
eadem specie subsistens: ⁊ non tanq̃ opposite in altera
altera specie. Tertio nusquã dispositiõis memoratur:
tanq̃ dupliciter dicte generaliter et specialiter; neqꝫ
enim nata est genus facere remissi ⁊ pauci temporis va
riatio: non ita genus putetur dispositio: ⁊ vltimo autem
differentias ipsorum assignans ex mansione ⁊ paucita
te temporis: ⁊ oppositis ipsa caractericat: que quidem
specificas dñtias non vult facere. ❡ Dicit auteꝫ Jam
blicus q̃ si quis requirat a nobis diffinitionem disposi
tiõis eius que vt in genere. ⁊ eius que vt in specie sicut
in iustitia. habemus assignare aliã rationẽ iustitie eius
que vt in genere. ⁊ aliam eius que vt in specie. nõ vtiqꝫ
habebimus dicere in his differentiã. neqꝫ enim q̃ pau
ci temporis: ⁊ q̃ facile mobile dispositiõis: possibile est
genus eẽ diuturnioris ⁊ difficile mobilis neqꝫ aliud ali
quod signatuꝫ possibile est fingere: extensum ex equo:
ad illud qd pauci tẽporis: ⁊ q̃ diuturnius. ❡ His autẽ
rogo attendere: primo quidem q̃ ⁊ si sit aliqua disposi-
tio tanq̃ genus: non erit vtiqꝫ ipsa que pauci temporis.
sed alia quedam que in ambobus cõmuniter ſm dispo
ni qualitercũqꝫ ꝯsiderata. deinde quia q̃ qualitercũqꝫ
disponitur: cõmune vtiqꝫ erit eius quod permansiue: ⁊
eius quod facile transmutabiliter. sicut que ſm digni-
tatem distributio simpliciter cõmunis quedaꝫ est: com
parationis ad homines ⁊ ad deos. quorum hanc quidẽ
que ad homines iustitiaꝫ specialiter vocamus. eã autẽ
que ad deos sanctitateꝫ. Apponit aũt ⁊ hec Jamblicus.
q̃ alia quidẽ ratio dispositionis: qualeꝫ Aristo. innuit in
metaphysica: que potest cõmuniter determinari: ⁊ alia
ista que heret ei que ſm species dispositioni. Si vo ali-
quis ſm tempus solum discernat differentias. ſm hoc
debet ⁊ generaleꝫ ipsaꝝ identitateꝫ inuenire: qd quidẽ
impossibile est: pauci eniꝫ tẽporis ⁊ diuturni: que vtiqꝫ
inuenietur cõmunitas: vt generalis specierũ: ſm ipsaꝫ
solam temporis proprietateꝫ: ⁊ ſm consistentiaꝫ qualis
exñtis in ipso. ❡ Querit aũt Alexã. quid differt dispo-
sitio hec ⁊ habitus: ab his que post pauca dicet passibi-
les qualitates ⁊ passiones. Caliditas enim quando faci
le transmutabilis est: ait ipsam esse passioneꝫ. qd auteꝫ
facile transmutabile: nunc vocat dispositionem. multi

aũt tẽporis passiones: ait fieri passibiles qualitates: que
autẽ multi tẽporis: ⁊ difficile mobilia: nunc vocat habi-
tus. Quomodo igit̃ differũt habitus isti ⁊ dispositiões
ab illis passibilibus qualitatibꝰ ⁊ passionibus. ❡ Sol-
uens aũt hanc questionẽ ipse ait: forte habitũ ⁊ disposi-
tionẽ in q̃litatibus anime: quecũqꝫ sunt aduẽtitie ⁊ ex-
trinsecus: ⁊ per doctrinaꝫ fiunt: opꝫ ordinari: quoniam
autẽ proponebãtur ei pro instantia exempla que ponit
scꝫ caliditas ⁊ frigiditas ⁊ egritudo ⁊ sanitas: que non
sunt anime: ait ipiuꝫ cõmunius vti exẽplis aut q̃: puta
caliditatem: dicat vtiqꝫ tanq̃ equalẽ huic: puta vt calidi
tas. sicut eniꝫ hec facile transmutabilia sic ⁊ dispositio.
❡ Hanc autẽ solutionem non acceptant qui post eum
expositores. sed primo quideꝫ mirantur: si aliquos pro-
prios habitus ⁊ dispositiones animabus determinent:
inconsone Aristo. ⁊ non cõmunes facere esse ipsos ⁊ ha
bentis. deinde quomodo nõ ⁊ in corpore itelligit habi-
tus ⁊ dispositiões: quãdo specifice alique differẽtie fiũt
ſm corpus. sicut albũ niuis: cõpletiuũ est rationis ipsiꝰ.
⁊ habitum in ipsa facit albedinis. nisi forte aduentitiuꝫ
esse ⁊ habitum oportet. sed nõ cõnaturaleꝫ. ⁊ erit vtiqꝫ
habitus ſm albuꝫ: dispositio lini dealbati permansiue.
Aiunt auteꝫ violentiã patiantur ⁊ exempla Aristo. pro-
prie dicta ⁊ examiata: ⁊ in intellectuali doctrina nõ ꝓ-
prie dici inquiens. ⁊ intorquet expositionẽ putãs qd di
cit̃: velut caliditas equiualere huic: velut vt caliditas.
vt sicut hec sunt facile mobilia: ita ⁊ dispositiones que
in anima facile mobiles accipimus. Jn prõptu eniꝫ ha-
bent hec redargutionẽ. nã ⁊ in habitibus quos ipse ait
eẽ anime: velut iustitia dicit. oportet igitur nequaq̃ vt
determinent̃ hec: tanq̃ eoꝝ que in corporibus: que qdẽ
facile mobilia: passiones sint. que aũt difficile mobilia:
passibiles qualitates: eoꝝ aũt que in anima aduẽtitiaꝝ
qualitatũ: que qdẽ facile mobilia dispositiões: que aũt
difficile mobilia: habitus sint: qm̃ sic nõ ipsaꝫ rationeꝫ
q̃litatis: in spẽs diuidimꝰ ſm q̃ est q̃litas: sꝫ penes ea in
qbꝰ subiectis fit differẽtiã ipsoꝝ faciemus. Magis igit̃
dõm est q̃ motꝰ alteratiõe: ⁊ trãsumutatiõe subti pas-
sio caractericat̃: ⁊ passibilis qualitas. Similiter quan-
do fit motus passioneꝫ inferẽs: difficile transmutabilis
existit. sigdem termino ⁊ vltimo speciei iaꝫ determine
tur: ⁊ ab ea que ſm motum irraritate ⁊ alteritate omni
no separatus est: dispositio est. via quidem enim est ad
rationem alius motus ⁊ passiuus. quando autem venit
ad speciem: stat ⁊ cessat: patiens ⁊ alteratum. Sic igitur
eadeꝫ caliditas: quando quideꝫ in alterari transmutat
videbitur passio: vel passibilis qualitas. quãdo autẽ ste
terit ſm speciẽ caliditatis ⁊ frigiditatis: determinatur
in specie dispositionis. Et accidit ita ſm ipsaꝫ rationeꝫ
qualitatis fieri differentiã: ⁊ nõ ſm quasdã extrisecus
nihil ꝯueniẽtes ipsi: appõnes susceptiuoꝝ vel alioꝝ ali
quoꝝ talium: qm̃ ⁊ eaꝝ que in anima naturaliũ passio-
nũ: he quidẽ passiones sunt. he auteꝫ passibiles qualita
tes: sicut ipse dicet. ⁊ nõ opꝫ has ab anima elõgare: ⁊ ad
corpus ipsas transferre. nõ igit̃ neqꝫ dispositio quideꝫ
est: que ad alteruꝫ infrigidatio ⁊ habitus similiter que
ad plus est ⁊ permanentior. passibilis aũt qualitas ipꝫ
frigidũ: ⁊ non infrigidatio. contrarium eniꝫ accidit ſm
hanc rationeꝫ: sicut veritas se habet. Jnfrigidatio qdeꝫ
eni ⁊ calefactio in motu magis ferũtur. calidũ autem ⁊
frigiduꝫ stant speciebus. non eniꝫ est infrigidatio passi
qualitas. sꝫ eius qd patitur ⁊ alteratur. neqꝫ frigiditas
est ipsa passio que fit. sꝫ que iam facta est. Porphyrius
auteꝫ ait: temporalis calefactio passioneꝫ habens: forte
vtiqꝫ erit dispositioni. aut habitus qdẽ corporis: ⁊ indu
centis

centis aliud calefieri: erit vtiqꝫ dispositio: eius autẽ qd
calefit ita: vt nõ vtiqꝫ possit aliud calefacẽ: passio vtiqꝫ
erit temporalis: ⁊ si ad modicuꝫ calefactio: vt passionis
quidem intensio sit dispositio: que vtiqꝫ erit ⁊ passibilis
qualitas. Jntentio auteꝫ dispositionis fit habitus: ⁊ ma
xime passibilis qualitas. ❡ Si autem aliqui reprehen-
dunt diuisionem: vnum nõ facientẽ multa: quod qdeꝫ
oportebat: sed multa conferentẽ in vnũ: ⁊ vnam specieꝫ
ponentẽ habitũ ⁊ dispositionẽ: q̃ hoc quideꝫ intendit̃.
hoc autem remittit̃ manens in eadem proprietate: ⁊ di
cant possibile esse ſm speciem differentia aliqua nihil
prohibere habere differentiã ſm magis ⁊ minus: ⁊ exẽ
plum inducant querulationẽ: ⁊ iram ⁊ furorẽ: que qdeꝫ
ait Theophrastus in eo q̃ de passionibꝰ libro hĩe diffe-
rentiam ſm magis ⁊ minus ⁊ non omne eiusdẽ speciei.
Simil'r auteꝫ ⁊ amicitia: ⁊ beniuolentia: intendit̃ ⁊ re-
mittitur: ⁊ alia species est vtraqꝫ cruditas ⁊ bestialitas
ad irã: concupiscentiaq; ⁊ amor eodẽ modo differunt: ⁊
vniuersal'r que maioris fame passionum intẽse in aliã
transmutant̃ speciem. Si igit̃ hec dicant: dicendũ q̃ si
magis ⁊ minus sint ſm determinationeꝫ materie: qũo
vtiq; erunt specifice differẽtie ſm nihil aliud distensio
ne facta. si enim esset aliud aligd differens ſm speciem
consideratum: ex illo vtiqꝫ magis distinguentur: ⁊ non
a solo eo qd est magis ⁊ minus: quare ⁊ quando in pas-
sionibus dicunt̃: vt in mãlibus naturis dicent̃ irratio-
nabiliuꝫ euersionũ existentes imutationes: vt iniustus
cubitus dicitur totum hoc: non quia cubitus ⁊ iniustus:
⁊ hoc igit̃ inordinate ⁊ materialis nature est differẽtia:
non tamẽ ⁊ ꝓprie ⁊ ſm speciem differentia. sicut enim
cõmunitates quedaꝫ sunt cõseruantes in seipsis distin-
ctionẽ specierũ: velut que dextri ⁊ sinistri: sic ⁊ differen
tie sunt in eadem specie manentes: sicut que ſm magis
⁊ minus. ❡ Jn contrariũ aũt his Plotinus opponens:
ait: si cõmunis est oĩs qualitatis esse caracterem substã
tie extrinsecus: ⁊ superuenire post substantiã ad dispo-
nendum aliqual'r subiectũ: ꝓpter qd plures species nu
merant̃ qualitatis: habitus ⁊ dispositio: alterius eniꝫ est
differentia ⁊ non qualitatis: mansiuũ ⁊ non mansiuuꝫ.
Sed sufficit dispositio qualitercũqꝫ se habens ad susci
pere quale: appositio aũt est: ⁊ extrinsecus est mansiuũ
manere: sed si quidẽ mansiuũ ⁊ difficile mobile: ⁊ conti
neri in eadem specie est subaꝝ: ⁊ rõnis subẽ erant profe
cto: q̃re nõ ⁊ in q̃litatibꝰ: aut ſm hec dĩa q̃litatis facit
spẽꝫ: in vna specie habente quandã ad seipsaꝫ dĩam: ⁊
non circa aliquã appositionem. neq; enĩ quocũq; diffe-
rẽs habitꝰ: p̃ter dispõnẽ ꝑmanẽtior factꝰ est: sed in trãs-
mutari inuertibili quadam ⁊ indissolubili virtute: est
autem hoc non appositio alicuius specifice varietatis:
sed propria differentia perfectionis eiusdeꝫ speciei: nõ
quia imperfecte sint dispositiões: sed quia ⁊ he habent
ꝓpriã ꝑfectionẽ talẽ: cõmunicantẽ perfectionẽ eiusdeꝫ
spẽi: hec enim alia quidẽ ſm dispositionẽ: alia autẽ ſm
habitũ. nam neqꝫ in eodẽ penitus habitus manet cum
dispõne: non enim vtiqꝫ erit alius preter ipsaꝫ: neqꝫ di
stat penitus: nõ enĩ vtiqꝫ habitus cũ appõne dispositio
erat: sed qual'r quidẽ ideꝫ ad dispositionẽ: qualiter aũt
nõ est qui vtiqꝫ idem differentijs in eadẽ specie manẽ
tibus distincti. ❡ Sed aiunt ꝓpter qd cũ ordinauerit
prius inter ad aliquid habitũ ⁊ dispositionẽ: nũc in q̃li-
tate ordinat ipsa. Aut sepe dictũ est ad hoc: q̃ nihil ꝓhi
bet ideꝫ ſm aliud ⁊ aliud: sub alio predicamẽto ordina
ri: ⁊ maxime sub ad aliquid ⁊ nõ sub aliquo alio: sigdẽ
nõ ſm se sunt ipsa ad aliquid: sed in alijs p̃dicamentis
subsistũt. ❡ Quidã autẽ reprehendũt Aristotel. dispo-

sitionẽ in eo q̃ pauci tẽporis ordinãtẽ cõsuetudinem ⁊
ipsi proferẽtes: tanq̃ diuturnũ signãtẽ: sicut ⁊ ipse cõ-
suetudinem in habitu testificatus est. cõsueuimus eniꝫ
dicere: in inimicitijs imutabilibꝰ q̃ Διαθεσις .i. dispo-
sitio iã facta est: ⁊ in egritudinibus fortibꝰ. ❡ Sed cõ
suetudo quidẽ recusanda est tanq̃ nõ in oĩbus attingẽ
tem veritatem. Jn quibus autẽ attingit in his solis at-
testari ipsi dignum est: ⁊ ita dispositionẽ pro habitu cõ-
sueuimus accipere: qm̃ in vnaꝫ spẽm hec ordinata sũt.
Signãt autẽ dispositio positionẽ quandã ſm spẽm. ha-
bitus autẽ actũ habentis: vel habiti: ꝓpter hoc hec qui
dẽ sit facile transmutabilis: hec autẽ de difficili trãsmu
tabilis. ❡ Eudorus autẽ reprehendit: q̃ cũ dixisset pro-
priũ esse dispositionis q̃ facile mobile: ait rursuꝫ: sigdẽ
spẽs habitus ⁊ dispões: nõ adhuc enĩ propriũ erit dis-
positiõis qd facile mobile. nã ⁊ habitus facile mobilis
erit: etenim si propriũ animalis est rationale: nõ vtiqꝫ
erit canis animal cum sit irrationalis: ⁊ si omnis habi-
tus est ⁊ dispositio: nulla autem dispositio habitus: qũo
non ꝯcludet̃ habitus non esse habitus. ❡ Ad hoc itaqꝫ
dicendũ q̃ non omnis dispositionis propriũ ait Aristo.
esse: quod facile mobile: si enim quidem hec dispositio
est gñalis: hec autẽ specialis: ⁊ hec quidẽ facile mobilis
que ſm spẽm cõsideratur: hec aũt gñalis ⁊ facile mobi
lis conuenit: ⁊ difficile mobilibus: ⁊ habent quandaꝫ ⁊
hec rationẽ: siquis dispositionẽ existimet eẽ genus vel
vt genus. si autem aliquis dispositionẽ posuit tanq̃ to-
tius habitus partem: ⁊ vt demissioreꝫ enuntiet: rursum
ita erit habitus dispositio: tanq̃ cõtinens dispositioneꝫ
in seipso: nam ⁊ ſm virtutes disponi dicimur: q̃uis sint
habitus. ❡ Sed qm̃ multipl'r ad veritatẽ facit: signifi-
catoꝝ distinctio: oportet ⁊ hec in dictis habẽtia quãdã
dubitationẽ distingui. Dupl'r igit̃ dicta virtute ab ipso.
hac quidem imperfecta: que ratione solum vel assuetu
dine: vel natura ad bene habere preparata est. Rõne
auteꝫ sola dico: vt scire quidẽ qd oportunũ est: neqꝫ aũt
consuetum esse neqꝫ aptũ natuꝫ esse ad ipsum: ⁊ ꝓpter
hoc ea que Medeę loqui: ⁊ addisco qdeꝫ qualia agere
debeo praue. furor autẽ melior est meis voluntatibus.
Alia autem perfecta que tribus his exorta difficile mo
bilis vtus: nũc dicit̃ perfecta ⁊ ex omnibus orta. Rur-
sum scia hac qdẽ ꝓprie dicta: ſm entiũ vt entiũ certaꝫ
notitiã. hac autẽ cõmunius: que ⁊ de omni arte dicitur.
nunc sciẽtia dicta est: que ⁊ ad artes extendit̃. Ad hoc
autem ⁊ caliditate dupliciter dicta: hac qdem naturali:
hac autem aduentitia: facile mobilem hic caliditatem
aduentitiã vocat. Simil'r aũt ⁊ in frigiditate: aduẽtitiã
sumendũ frigiditatẽ: sed nõ ꝯnaturalẽ: ꝓpter qd neqꝫ
ignis caliditatẽ: neqꝫ niuis frigiditateꝫ existimabimus
hic sed aque: vel alterius corporis transmutationem in
ambo hec. ❡ Dignũ est aũt addiscere stoicorũ consue-
tudinem circa nomina hec. quibusdam enim videntur
isti: econtrario Aristo. dispositionẽ habitu permanẽtio-
rem existimare. hoc autem occasionem quidẽ habet ta
lis suspitionis: non autem ſm permanentius esse: vel
non. apud stoicos horuꝫ accepta est differentia: sed ſm
alias dispositiones. nam habitus quideꝫ aiunt posse in-
tendi ⁊ remitti. dispositiones autem intensibiles esse
⁊ irremissibiles: propter quod ⁊ rectitudinem virge: ⁊
si facile transmutabile sit: potest flecti aiunt esse dispo-
sitionem: non enim remissam esse vel intensam esse re-
ctitudinem: neqꝫ habere magis ⁊ minus propter quod
aiunt esse dispositionem: sic autem ⁊ virtutes disposi-
tiones esse: non ſm proprietatem mansiuam: sed scdm
intensibilitatem: ⁊ insusceptibilitatem eius quod ma-

gis.artes autē.s.difficile mobiles existentes:vel nō esse dispositiones:⁊ videntur habitum quidem in latitudine speciei considerare.dispositionē aut in fine speciei:⁊ in eo q maxime:siue moueatur ⁊ trāsmutetur:vt rectitudo virge:siue etiā non.magis autem oportebat illud attendere:neqʒ apud stoicos habitudo eadē sit ei que apud Aristotelē dispositionē:sm facile solubile ⁊ difficile solubile:distans ab habitu:sed neqʒ ita concordant. Aristoteles enim non firmā sanitatē:dispositionē esse ait.Stoici aūt sanitatē qualitercūqʒ se habeat nō concedunt habitudinem esse.ferre enim habitus propriū. habitudines quidem enim aduentitijs constitutionib9 caracteriçari:habitus autem qui ex seipsis operationibus:vnde neqʒ temporis longitudine : vel valitudine: vel latitudine specificant habitus:sm ipsos.ꝓprietate autē quadā ⁊ caractere:⁊ sicut radicata magis ⁊ minus radicantur.vnum autē habēt cōmune ꝓpriū.s.acquiri a terra:ita ⁊ habitus in difficile mobilibus ⁊ facile mobilibus idem considerat.totaliter enim genere multa qualia existentia:absolutū illud propriū habent sm q specificant:sicut vinū austerū:⁊ amigdala amara:⁊ canis μολοττικος ⁊ μελιταιος qbus omnibus adest quidē generalis caracter:ad breue autē ⁊ remisse:⁊ quātum in ipsis his que in habitu rōnibus īmanent in vna constitutione hic.Facile autē mobile:sepe ex alia causa habet:ꝓpter qd stoici extendunt habitus cōmunius. ⁊ ad facile mobiles quas dicit Aristoteles dispositōes: ⁊ has putant multū differre ab habitudine.resumētis enim sanitatem habitus:a sessione ⁊ pedis proiectione: ⁊ a talibus habitudinibus oīno differt.he quidem enim sine radice:⁊ non fixe sunt.has autē ita subsistere aiunt: ita vt dimisse permaneant:quantū in seipsis ꝑmansibilitatem ex seipsis ⁊ ꝓpria ratione exhibētes:ꝓpter hec neqʒ habitudo qualitercūqʒ difficile solubilis dicit habitus apud ipsos.Si enim deforis habeat q difficile solubile: sicut anulus in digito existens : vt vtiqʒ erit in habitu talis constitutionis:sed si a seipso actū exhibeat essendi tale:tunc vtiqʒ erit in habitu:sicut lutum quod transmutat in testam.ipsum enim a seipso:tale factum est.Sed hec quidē ita narrata sunt.¶ Qr autē in ipsis profundiori indiget inspectione:illud est vtrū habitus non alius aliquis est a dispositione:nisi in assumendo ꝑmansibilitatem ⁊ difficile mobilitatē. Quid igitur est hoc qd assumpsit:vtrum differentie appositio vel nude habitudinis:vel excellentia alia aliqua qualiscūqʒ.nā siquidem specifica differētia assumpta est:species facta altera est:⁊ non ad hoc in eadē specie sunt habitus ⁊ dispositio . Si autem habitudo nuda:vel excellentia qualiscunqʒ:vt quidē sic opinio procedit. Rursum in tali appositio fit aliter:⁊ nō sm proprietatē rationis adest permanētia.¶ Forte igitur in latitudine vnius speciei considerant habitus ⁊ dispositionis rationes habentes differentias in seipsis:specificas quidem:contentas aūt ab eadem specie.vna enim specie concipit in seipsa:differentias habitus ⁊ dispositionis.causa autē huius existit:puritas ⁊ imaterialis natura specierū:ꝓpter quam nō mixte ⁊ pure:mltas species in vna specie sepenumero continet:⁊ oportet intelligere specieꝝ non solum eā que penes magnam differentiā:sed etiā que penes minimam ipsius est diuersitatē:neqʒ intensionē igit neqʒ transmutatio acceptanda est:ꝓpter quā a dispositione habitus ꝓcreetur:neqʒ enim ex motu:neqʒ ex intēsiōe: neqʒ sm transmutationē:nata est ratio prodire:principalius enim ⁊ causalius est:q imobile eo q mouetur: ⁊ quod assimilatum est cōmensurationi ipsius vnius:

eo q defertur in indeterminationem materie.recusabimus autem ꝓpter eandem causam:⁊ eos qui producunt non fixum ⁊ fixum ad distinctionem eorundem: corporalem enim faciunt specieꝝ doctrinā:⁊ sm transmutationem habitū efficiunt:⁊ erit ita trāsmutatio ꝑncipalior stante specie:quod oīno est impossibile : ꝓpter eandem autē causam:neqʒ qd diuturnius:⁊ quod paucioris tēporis inter tales differentias reputari dignum est:quia tempus quidē simul fertur cum motu.motus autem non hēt in seipso potestatē ꝓprietatis specierū. sm ipsam autem magis hic determinat.Sed siquidē dicat aliquis:q potentia ad continere ꝑexistens perfectiorē hēt cōmunitatem cum conditione permanentie ⁊ eam que sm tempus firmitatē.Forte vtiqʒ dicet aliquis consonū ei que de qualitatibus hypostasi: vt aūt nunc dicit ꝑncipaliter motus sm tempus differentiaꝝ ipsoꝝ assignantibus aliquibus:nequaq̄ hēt credibilitatem ⁊ est verus sermo.conuertit enim iste naturā econuerso entium. Non igitur neqʒ qd imperfectum ⁊ perfectū siquis ⁊ hoc ad distinctionē ipsoꝝ assumat:tanq̄ de propinquo sine dubitatione hēt diiudicationē: qm̄ nihil in rationibus īperfectum consideratur sm ꝓpriū vniuscuiusqʒ ordinem:repletur enim ipse cōmensurate ad potentiam quā hēt quelibet ipsarū.¶ Forte igit ad participantia rationibus:⁊ ad composita:tales oportet traducere differentias: quādo sm defectū proprie nature:hec admixta perfecta:faciunt imperfecta videri:⁊ incōmēsurata que determinata sunt:⁊ mota ad intensionē:ea que stant.vniuersalr igitur determinet:q oportet rationem participatam pure considerari ipsā sm se:q̄uis q̄maxime insit in altero:per certitudinē igitur exquirendū est:que quidē adsit in cōposito:sm rationē speciei:⁊ que sm naturā materialis subiecti:⁊ que sm id qd cōmune ex ambobus:sic enim ⁊ maxime non confundere specierū puritas:q̄ opʒ sm se rationē comprehendere:ab his autem ⁊ alia manifesta fiunt:q habitus non est dispositio que assumpserit ꝑmanētiā: neqʒ eadē sanitas in resumēte quidem facile mobilis existens:dispositio est:firmata autē ⁊ difficile mobilis facta:habitus fit. Rursū enim ⁊ hec compositarum ⁊ participātiū ꝓprietates traducimus ad simplicissimas species qualitatū:⁊ generationes in ipsis facimus:per motū variatas.Subitā autē ipsarū presentiā:quādo affuerint:⁊ absentiā:quādo non aduenerint:non erit seruare talis terminatio:neqʒ siquis totum:⁊ partē in ipsis accipit:attingit veritatē:non enim dixit q in ipsis tales differentie:quomodo enī vtiqʒ in impartibilibus considerabitur id quod in his differens:sed forte in ptibilibus ⁊ participantibus variatio ipsoꝝ sm se consideratur:his que non possunt impartibilitatem ipsarū impartibiliter suscipere.vnde recte Archytas id quod in habitu ponens speciem qualitatis:contentus est isto : ⁊ non copulauit cum ipso dispositionem:neqʒ vt duo cōnumerauit hec:neqʒ tanq̄ entia sub eodem ordine speciei:qd quidē nos dicebamus ꝑus:neqʒ vt dr̄ia:sed iste qdē idēptitati spēi magis adherēs:in vna specie mansit.Aristoteles autem non exit quidem:neqʒ ipse a tali suppositione.verūtamē expressionē quandā apponit:⁊ ostendit eam que in vno ipsorum multitudinē.vbi ait dispositionē quidem dici:habentis partis ordinē : sm locum:vel potentiā:vel sm speciē.positionē enim quādam esse:sicut nomē significat dispositionē.igit in his in vno comprehendit oēs differentes positiones corporales quidem vt sm locū:sic singulariter poni accipiētes.eas autem que in preparatione ⁊ idoneitatē vt sm

potentiā

potentiam:positionem suscipientes.perfectos autē habitus:vt sm speciem positionem determinantes. Habitus autem sm ipsum dicitur.vno quidē modo habentis ⁊ habiti actus:sicut factio facientis ⁊ eius quod fit intermedium est:sic ⁊ habentis vestitum:⁊ habiti vestitus:intermediū habitus est sine differentia non quid intelligit:ꝓpter quod neqʒ qualitas hec:sed in alio predicamento.s.in habere ordinatur.alio autē modo habitus dicit dispositio permāsiua:sm quā bene vel male disponitur dispositū:⁊ aut sm se:aut ad aliud velut sanitas habitus.dispositio enim est talis differentiam īsinuans:ꝓpter qd ⁊ qualitas qr habitus dicitur.Quecunqʒ fuerit pars talis dispositionis:ꝓpter qd ⁊ partiū virtus:habitus quidā est. Rursum igitur ⁊ hic in vno multe considerant diuersitates:que enī prius dicte sūt in dispositione distictiones obseruātur ⁊ in habitibus: ⁊ adhuc apponitur:que sm actū perfecte ⁊ que sm bene consideratur:⁊ que sm se ⁊ que ad aliud coostendit. Similr vo in ratione habitus cōtinent:⁊ adhuc simul ambo habitus ⁊ dispositiones:mltiformiter vtraqʒ cōsiderata:obtinent sub vna ratione perfectissima qualitatis:qm̄ hec ipsa in se continet:non tamē ꝓpter hoc intellectualis species:vel genus vnum entis qualitas ponenda est:non enim in primis generibus:in eo q vere est existit qualitas:neqʒ est ipsa ens sicut ⁊ alia intellectualia genera.sed posterior ⁊ post substantiā subsistit. opʒ autem eam que vere substantiā:hēre ꝯsequentia hec:sicut primam ipsarū:non ex his autem consistētiā habere:neqʒ per hec compleri:esset enī vtiqʒ posterior qualitate:quandā vo substantiā compleri:⁊ ex qualitate:nihil forte inconueniens:cum habeat iā substantiā ⁊ ante qualitatem.Qr autem tale extrinsecus:non hanc substantiā que habet substantialem habere. Non recte igitur querunt quidā:si qualitates que hic:⁊ ibi sunt: sub vno genere:neqʒ enim totaliter sunt que ibi qualitates:sed omnia que in ipso ente substantie sunt:siqdē qualitates sm participationē proprietatū in materia considerantur:sed si intellectus:qui hic habitus cōmuniter aiunt in illa substantia.⁊ in hac habitus predicabitur:aut ⁊ qui hic intellectus:aliter dicitur habitus:⁊ non assimilandum ipsū his qui hic habitibus:sed magis simplicibus ⁊ imixtis speciebus:quas cōtinet intellectus in seipso.⁊ sapiētia autē alia quidē que est ipsius intellectus.alia autem que ipsius anime:⁊ que quidem in anima habitus est:que autē in intellectu substātia. non querendum autem si cōmune:qd quale hic ⁊ ibi:⁊ vniuoce existens.omnia enim que ibi diuisa:⁊ per se sufficientia:⁊ ipsa super seipsa:⁊ in seipsis entia:apud qd ⁊ vere entia solum:⁊ nihil in illis:⁊ in his erit cōmuniter quale:sed de his quidem satis:ad sequentes autē spēs qualitatis transeundum est.

¶ Alterum autem genus qualitatis:sm q pugilles:vel cursores:vel salubres:vel egritudinales dicimus ⁊ simplr quecūqʒ sm potētiā naturalē vel impotentiā dicunt.nō enim in disponi aliqualr vnumqdqʒ taliū dicit:sed magis in habere potentiā naturalē:vel impotētiā faciendi aliquid de facili:vel nihil patiēdi:puta pugilles:vel cursiui dicunt : non in disponi aliqualr:sed in habēdo potentiā naturalē vel impotentiā faciendi aliqd de facili. Salubres autem dicunt in habendo potētiā naturalem nihil patiendi a contingentibus de facili.Egritudinales autem in habendo impotētiā nihil patiendi a contingentibus de facili nālē. Similr autē in his durū ⁊ molle se habēt. Durum quidem enim dicit in habendo potentiā vt non de facili diuidatur. Molle autē in habendo impotentiam eiusdem huius.

¶ Transit ad scđam qualitatis speciē que dicit sm id quod potentia:⁊ sm idoneitatē:vel sm q ipse ait:sm naturalem potentiam vel impotentiā:multa enī significante potentia vt dictum est prius:nunc autē significante id qd sm idoneitatem naturalē:dupliciter autē existente ista hac quidem simplr:hac autem sm exordium quoddam considerata:sm q iā euidens est:⁊ parata idoneitas vt in pugillatiuo dicto:hanc nūc accipit: propter quod ei q facere aliquid aut pati adiūxit de facili:hoc enim est proprium potentie ꝑuecte:quod qdē ⁊ facile numerabile existit. Nāqʒ ⁊ stoici ad artes qdē idoneitatē solam simplr sic consideratam dimiserunt. Ad virtutes autem dignum verbo profectio ex natura preexistere enuntiauerunt:⁊ peripatetici naturalē virtutem vocabant. Forte autem non solum in virtutibus:sed ⁊ in artibus ea que ex natura idoneitas cōsideratur:⁊ profectus ad quodcūqʒ:vel etiā verbo dignus ex natura:cursiuos autē vel pugillatiuos dicimus eos qui nondū in habitu hec habent:sed idoneitatem solā: iam prouectam:⁊ paratam ad hoc q sint tales. Et valitiuos autē ⁊ egrotatiuos similr vocamus:ab idonee se habere ad sanitatē ⁊ egritudinē:⁊ naturales etiā virtutes ⁊ malitie ad eandē idoneitatē reducunt. In specie autem hac ea que de qualitatibus ordinauit durum ⁊ molle:quia durum quidem potentiā hēt:vt non scindatur de facili:nullum enim eoꝝ que in gn̄atione corpus non vtiqʒ detruncabit:molle autē impotētiā hēt eiusdem huius:potentiā autē vt de facili diuidatur.¶ Notari autē dignum est:q possibile est de quibus potētia dicitur:de his ⁊ impotentiā dici.Si enim potentiā hēt qd quidem valitiuū:vt nihil patiatur de cōtingentib9 de facili.durum autem quod non de facili diuidatur:⁊ impotentiā habet.hoc quidem vt patiat de facili a contingentibus:hoc autem vt de facili diuidatur:⁊ ecōtrario si quod quidem egrotatiuū impotentiā hēt vt nō patiatur:⁊ molle impotentiā hēt vt non diuidat:potentiam hēt hoc quidem vt patiat:hoc autē vt diuidatur. Sed qm̄ difficulter passibile:perfectius est facile passibili:⁊ valitiuū egrotatiuo magis est sm nām:ꝓpter hoc his quidem potentiā:his autem impotentiā assignauit: non in omnibus autem sunt nomina imposita quibus separetur idoneitas ab actu. In pugillatiuo autem ⁊ pugille ⁊ cursiuo ⁊ currente separata sunt noīa.Grammaticus aūt ⁊ musicus dicit:⁊ qui idoneitatē solā hēt:⁊ q iam sm actū.¶ Et hoc etiā notandū q ⁊ si dicat hoc q sm potētiā spēs qualitatis:tn̄ nomē q̄litatis nō est a qua vocat qui sm potentiā qualis:nō enī a pugillatiua pugillatiuus nominatus est:qr pugillatiua quidem est ars pugillandi:pugillatiuus autem nondum hēt artem: sed si oportet signare species istas qualitatis innominatas existentes per orationem significandū est ipsas.idoneitas enim ad cursū:ipsa est qualitas a qua cursiuus dicitur:⁊ idoneitas ad pugillandum ipsa est qualitas a qua pugillatiuus:⁊ vniuersalr ab illis in quibus finiuntur.¶ Et hoc etiā attentione dignum est q nō oīs potentia:neqʒ idoneitas oīs transmutandi in qdcūqʒ:ipsa

qualitas dicit̃ sm hanc spẽm qualitatis:sed que ducit in eam que sm actuʒ qualitateʒ:⁊ ꝙ in naturalibus his potẽtijs:virtutesqʒ nãles ordinant̃ circa animã existẽtes:⁊ corporales penes molle ⁊ dicunt̃ cõsiderate:⁊ que sm simul vtrumqʒ in pugillatiuis ⁊ cursiuis:quare oẽs potẽtie accepte sunt.¶ Post explanationẽ aũt littere ad instantias ⁊ instantiaꝝ solões trãseamus ⁊ ꝙ ꝑus quidẽ dixit speciẽ.deinde aũt genus vocauit:qõneʒ iaʒ ⁊ solõnẽ habuit:ꝙ nullum est incõueniens media neqʒ specialissima neqʒ generalissima:genera ⁊ species vocare:que enim nunc enumerant̃ species quidẽ sunt ꝑme qualitatis:genera autẽ specieruʒ que sub ipsis:que dñr subalterne:⁊ ꝓpter hoc ⁊ species ⁊ genera dicunt̃ merito.¶ De ordine autẽ specierũ qualitatis accusationeʒ faciunt.oportebat eniʒ aiunt primo memorari nãlium potẽtiarũ sm quas pugillatiui vel cursiui fiunt aliqui. Deinde tandẽ eas que ex studio ⁊ doctrina superuenerint nãlibus potẽtijs.habitus ⁊ dispositiones edocere. ¶ Sed qui hec dicunt:intelligant Aristotelis consonãtiã ad seipsum:ipse enĩ in physicis ait perfectũ esse ꝑus natura imperfecto.generat̃ enim ex perfecto imperfectum:⁊ ex eo qð actu id qð potentia.homo eniʒ sperma generat:sicut pater:⁊ ex spermate rursum homineʒ:sic mater.Omne enim qð potentia ab eo qð actu ducitur in id qð actu:⁊ ꝓpter hoc ꝑexistere oportet ꝙ perfectũ in ratione cause preexistens.merito igitur de perfectis rationeʒ preaccipiens:induxit sermonem de potentijs: Quis enim generatione in eodẽ preexistat id qð potentia:ante id qð actu:⁊ imperfectum ante perfectũ:tamẽ natura est econtrario.omne enim imperfectum a perfecto perficitur:⁊ omne qð potentia a preexistẽte actu ducitur in actum:nõ oportet igitur ꝙ prius vt ad generationem:sed vt ad substantiaʒ accipere.¶ Omniũ aũt maxime in qualitatibus qð sm actuʒ ꝑexistit: in quibꝰ caracter terminũ quendã sm actum comprehendit: ⁊ aliter est inconueniens presens ordo specieruʒ qualitatis:siquidem naturales potentie sm idoneitatem considerant̃:idoneitates autẽ medie sunt iter ἐντελεχείων sm actum ⁊ passiuas quas cõsequenter tradit:oportet eniʒ esse prius faciens actu.deinde quod natũ est pati ⁊ tandem ab habente actu in id quod natuʒ est pati fieri passionem.¶ Plotinus autem dubitat qualiter altera species sicut naturales potentie.si enim sm potentias sunt qualitates:non congruit omnibus idem ꝙ potentie qð in vna specie qualitatis ꝯtinetur.¶ Ad quod dicendum ꝙ omnibus quidem speciebus qualitatis potẽtia ostensa est esse conueniens:⁊ toti generi coextensa. multipliciter auteʒ dicta potentia:dupliciter ad minus vnam speciem ipsius assignans:ꝙ sm actum:merito alteram cõtradiuidit:que sm imperfectam idoneitateʒ consideratur:que idoneitas sm id quod potentia intelligitur duplex ⁊ ipsa considerata:hec quidẽ sm contingentem idoneitatem:⁊ considerataʒ in omnibus vt cõsequens est dicere. Hec autem sm eaʒ que iam accepit aliquem perfectum a natura:quod quidẽ notabilibus conuenit.¶ Sed ait si in disponi natura pugillatiuum qualem dicimus nihil potentia hec apposita facit.nam in habitibus ⁊ dispositionibus assignatis erat potentia. ¶ Ad qð dicendũ ꝙ ad quale esse:nihil differt vel ab habitu vel a dispositiõe:vel a naturali idoneitate dici: quia genera vel q̃lis:sm genus qualitatis cõiter consideratur:speciebus auteʒ differt ⁊ differentijs ad esse iã vel sm habitum vel sm dispositionẽ:quas quidem species accepit ipsum esse ex natura.nunc auteʒ proponit̃ non de qualitate simpliciter dicere:sed species qualitatis enumerare:neq; de quali:sed de quodaʒ quali:eo ꝙ sm naturalem potentiã consideratur:⁊ sm id qð potentia ⁊ sm idoneitatẽ:sed nõ de quali sm habitũ vel dispositionem.¶ Sed ait ꝓpter quid:qui sm potentiam ab eo qui sm sciam differt:inquantũ sm ꝙ quidẽ quales:nihil differrent adinuicẽ:equalr̃ eniʒ ipsis adest genus:sm ꝙ vero species qualitatũ differentiuʒ distribute sunt.sm hoc differrent hec abinuicẽ.nã in alijs omnibus speciebus diuersitas sm speciem specificis differẽtijs:⁊ non generalibus cõmunitatibus accipit̃.¶ Sed neq; dr̃itie sunt qualitatis he aiunt: sʒ hec qdẽ per studium hẽt. Hec autem natura:sed extrinsecus differentia:sm ipsam spẽm pugillatiue aliqualr̃.¶ Ad qð dicẽduʒ ꝙ profectus ex studio ꝓducens naturalẽ potentiã ad ꝓcedere propinquius speciei totaliter in fine presentem hẽt habitum:alium existentem preter nãlem preparationem:siquidem hic quidem perfectus.hec auteʒ imperfecta:sicut ęs idoneum ad statuam:distinctuʒ est a statua.sic enim ⁊ pugillatiuus a pugile differt : sed in qualibus quidem his qui ab arte:⁊ a naturali potentia distincta sunt nomina:⁊ hic quidẽ pugil vocat̃.hic aũt pugillatiuus.In ipsa auteʒ arte ⁊ naturali potentia:ꝯciderunt nomina:pugillatiue enim ambo vocantur:quia multe res nõ sunt nominate:Quis alia ⁊ alia species sit hoc quidem imperfectum.hoc autem ex studio ⁊ arte ꝓueniens. vnde Arist.voluit dicere nõ disponi eos qui sm potentiaʒ:non eniʒ in disponi aliqualr̃ ait dicit̃: qð sm potentiam: nõ qꝛ non disponant̃ aliqualr̃ qð dicit̃ sm potentiã:sm cõmunius signatum dispositionis:sed qꝛ non ita disponũtur:vt qui ex exercitio sunt perfecti: erit enim equiuocum disponi:denoĩatuʒ a naturalibus potentijs:non ab his quas habẽt:sed ab his quas habebunt.Si autẽ hoc ita se hẽt:cõsiderat̃ quedam horum differẽtia sm ipsam rationẽ qualitatis:⁊ non extrinsecus appositio intelligitur eoꝝ que in potentia ad habitus:sed inquantũ imperfectũ ⁊ perfectũ : ⁊ inquantum impartibile ⁊ partibile:⁊ rursum procedens in participationes spẽꝝ ⁊ ecõuerso in participalibus specierũ cõsideratũ:sic differunt hec abinuicem. hec quidem igit̃ dicta sunt ad hanc dubitationẽ. ¶ Adhuc auteʒ videt̃ mihi dignum qõne:qũo imperfectũ ⁊ ꝑfectũ specie differunt abinuicẽ.Si enim hoc qm̃ imperfectũ non solũ sm nãlem idoneitatẽ:sed sm transmutationẽ ex hac:⁊ sm profectum in speciem:imꝑfectũ est in motu ad speciem consideratum:⁊ erit ibi specifica differentia.vniuersaliter autẽ qũo poľe est poni imperfectum in alia specie.primo quidem specie vbiq; sm perfectum considerata.diuidentes enim aĩalis spẽm:dicimus hoĩem ⁊ equũ.deinde duplabunt̃ spẽs sic:sm vnãquãq; specieʒ. hoc quidẽ perfectũ erit:hoc autem imperfectũ.¶ Forte igitur nõ tanq̃ imperfecti ad ꝑfectum opʒ talẽ differentiam accipere:ea que eadem specie continent̃:neq; idoneitatẽ ⁊ id qð potentia:aut ab his quas hẽbunt caracteriçantes:opʒ in alia spẽ poni:sed vt ipso ꝙ potẽtia ⁊ tali impꝑfecto sm cõuenĩetem quantã talẽ ꝑfectionẽ in specie determinata statuto termino enim quodam: ⁊ idoneitas continet̃:⁊ non sm viam ad speciẽ cõsideratur.Indeterminata est enim illa ⁊ infinita ⁊ nõ possibilis sm spẽm determinari:que vͦ est in ęre ad statuã idoneitas:terminus quidẽ est:⁊ spẽs coexistens speciei ęris:ꝓpter quod ⁊ qualitas est:⁊ quales sm ipsaʒ dicũtur habẽtes:Quis non in actum ꝑficiant̃.¶ Alij auteʒ nãlem hanc potẽtiã:vt qð potẽtia materie recipientes: dubitant qũo qualitas est:potẽtia materie non qualis: ⁊ qdẽ alia est nãlis potẽtia: aliud autẽ qð mãe potẽtia:

hec q dẽ

nifeſte abinuicem. figuraꝫ quidem enim producit tãq̃ cõmune aliquid ⁊ pluribus conueniens ſm numerum: vel ſm ſpeciem differentib⁹. formam aũt inſinuat tãq̃ cuꝫ ſingularib⁹ corporibus nãlibus. in extremitate exiſtentem: quãdo partite apud ſenſibilia eoruꝫ que fiunt rationes: extremũ veſtigium a ſeipſis imprimũt in corporibus: conueniẽs ⁊ oppoꝛtunũ ipſi ſingulari rationi ꝓpter hec qdem non vtiq; aliquis dicet placere ipſi: q; cũ figura nõ ſubſiſtat ⁊ forma. qõ aũt neq; habet rectitudinẽ talis opinio: facile eſt hinc addiſcere. figura qdẽ enim penes extremitatẽ molis intelligit. forma aũt penes cõſũmationẽ ſpeciei. ⁊ figure quidez cõmẽſuratio ⁊ incõmenſuratio ſm longitudines ⁊ latitudines intelligit. forme aũt ſm decentiã: vel indecentiaꝫ: nõ remota relatione ad ſpeciẽ. neq; aũt putandũ hec eadez inuicem: neq; ex altero alteꝝ depẽdere. Si igit dicamus q; ſm typos ſpeciei: ⁊ extrinſecus apparentia idola: bona plaſmatio ipſorum ⁊ ſaluãs veſtigium ſpeciei. ⁊ potens coaptari ad rõnem eſt cõmenſurabile. contrarium aũt huius: incõmẽſurabile. ⁊ ſm talem cõmenſurationez: ⁊ incõmenſurationẽ: forma ꝓſideraſ. conuenientius vtiq; dedimus eã que de ipſa rõnez. nõ tamẽ hoc ait Jamblicus compleri formã. dicemus vtiq; ex qualibus figuris ⁊ cõmẽſurationib⁹ ⁊ ex q̃li colore ⁊ raritate ⁊ denſitate. talis enim ordinatio: concludit multa in ideꝫ: que quidẽ Ariſto. diſtincte inſtituit. non ſinit nos purã formẽ ꝓprietatẽ exiſtimare. hec omnia ⁊ ſm verba: ita de forma Jamblico inſtituente: rogo attẽdere intellectu. ne forte cõſequens ſit his que ab ipſo dicunt: formã dicere cõtentiua figure ⁊ coloris. Si eniz ſm cõſũmationẽ ⁊ ſuperficiẽ ſpeciei cõſideratur. ſpes aũt omniũ erat contentiua ſm vnaꝫ rõnem. ⁊ extremum vtiq; ipſius: oĩum vltima cõtinebit: ⁊ cõpleri igit ab alys dicet forma tãq̃ ex partibus vel elemẽtis alia ꝓter ipſa exiſtẽs. nullũ incõueniẽs dicit. velut cõmunis ꝓceptio exiſtẽs oĩum. vides eni rectitudinẽ ⁊ curuitatẽ cõmunem figurarum ⁊ formã eſſe dixit ipſe ⁊ nihil inconueniẽs videbatur poſt ꝓpria tradita: ⁊ qõ cõmuniter ineſt oſtendere. dicit aũt ⁊ ſimilitatẽ aquilinitatẽ naris: non oportere ad formã principaliter reducere. ſed magis ad curuitatem: vnde apponẽs hoc principaliter vel antecedẽter. ſicut eni forma ſimpliciter: nõ a ſimilitate vl aglinitate: ſicut neq; ſub albedine vel magnitudine: ſed a curuitate ⁊ totaliter a figura: ſicut ⁊ a colore complet. bene aũt ⁊ hoc appoſitũ: non eſt prętermittendũ q; cõmunitas in omnibus his que ſm quartã ſpẽz qualitatis dicta ſunt cõſideraſ vltima circũſcriptio: ⁊ extremus termin⁹ eorum que ſm diſtinctionẽ: vel ſm aliam aliquã proprietatem potẽtie deſinentiũ. videt aũt merito exiſtens et talis: qñ circa cõſũmationẽ nãe determinatur: ⁊ ꝓpter ſ ⁊ multiplex eſt hoc genus. ⁊ differentys vtiq; plurib⁹. ⁊ de raro aũt ⁊ denſo: habebit vtiq; aliquis contradicere ad cauſam Ariſto. diſtãtia eni partiũ abinuicem: vel ꝓpinqua poſitione: rarũ ⁊ denſum determinari. Sectã Democriti cõfirmat. nã ille cõuenientia in idem indiuiſibilia corpora ait: cõſtituere denſum. diſtantia autez abinuicẽ ⁊ multo vacuo intercepta rarum efficere. hec aũt ſunt incõueniẽtia. ſi enim vnita eſt materia: ⁊ compatiens eſt ad ſeipſam: ⁊ per totũ qualia ſunt ipſa q̃liapalã qz ⁊ rara ⁊ denſa: per totuz vnita cõpaſſibilia ſunt ad ſeipſa. qui aũt aſſignat cauſam per diſtãtias: facit q̃le aduẽtitiũ qnidẽ eius que ſm habitudinẽ poſitionis. Ad hec itaq; ait Jamblicus: duplex eſſe ponimus rarũ ⁊ denſuz. hoc quidẽ in ſpeciebus: qõ ⁊ per totuz adeſt: ⁊ ſubale eſt ⁊ habitus magis proprium cõſideraſ: quale eſt rarũ aeris ⁊ ignis ſm ſubſtãtiã ipſis inexiſtẽs. aliud aũt acquiſitũ ⁊ extrinſecus vt in figura conſideraſ. qõ qdẽ in ſpongys ⁊ in pumice videt: nõ vacuo aliquo intermedio incidẽte: ſed ſolidis figuris ſm figurã circũſcriptis. ⁊ in his circumſcriptiõibus ſubtiliora corpora cõtinẽtibus. quare nõ oĩs raritas ⁊ denſitas remota eſt a põne: qñ ſubſtantialis raritas ⁊ denſitas: nequaq̃ eſt ſm põnez illa eni que ſm figurã cõſideraſ: proprie ſm põnez qualiũ figuraꝝ determinata eſt. vnde ⁊ prohibetur qualitas eſſe. nõ eni egredita poſitiõe: ſed ſm ipſaz ſpecificaſ. Ab opione aũt Democriti diſtat hec: qñ nõ de ea que in elemẽtis raritate ⁊ denſitate tractata ſunt: ſed de hac que in formis ⁊ figuris conſiſtit. que autem in elemẽtis ſpes ſunt. ⁊ per totũ rara ⁊ dẽſa: nullatenus itermedie diſtincta ab altero: neq; vacuo neq; corpore: que vo ſm figurã ſecũdo modo ꝓſiſtũt: ⁊ in aliqualiter poni denſa ⁊ rara dicunt: nõ q̃litatis cãm habẽt: ſed poſitiõez dẽſitatis ⁊ raritatis. Similr aũt ⁊ de leui ⁊ aſpero: dubitari poſſibile eſt et ſoluere dubitata. Eudorus aũt dubitat: qualr raꝝ ⁊ denſum: ⁊ leue ⁊ aſpeꝝ poſitionem ſignificent. nõ adhuc aũt curuitas ⁊ rectitudo. Ad qõ dõm q; circa alia conſideraꝫ poſitio. ſ. circa corpora in loco exiſtentia. vel circa lineas in ſupficie exiſtes. rectitudo vo ⁊ curuitas: circa habẽtia poſitionẽ: quale determinãt: neq; in poſitione exiſtẽtes neq; ſm hoc ſpecificate. Qui aũt circa Nicoſtratũ raritatem ⁊ denſitatẽ qualitates ꝓtẽdunt oſtẽdere. ignẽ raꝝ eſſe. ꝓponẽtes: ⁊ aerem. terrã aũt denſam: nõ ſm poſitionẽ ſed ſm qualitatẽ. ¶ Dõm aũt ad ipſos q; ⁊ in his ſm diuuz Jamblicũ vtrũq; hoꝝ duo ſignãt. ⁊ poſitionẽ partiũ ⁊ qualitatem. poſitionẽ qdẽ vt in cõtextis: qualitatẽ aũt vt in aere. Diſtinguere aũt hec in itroductiõe: nõ erat neceſſarium. nã aliud qdẽ eſt raꝝ: cuiꝰ partes diſtãt abinuicẽ: nõ qz vacuũ ſit itermediũ: ſz qz etherogeneũ corꝑ ſubtiliꝰ. aer vo nõ eo q; diſtẽt abinuicẽ ptes ipſiꝰ rarus eſt: ſz eo q; leuis ⁊ facile diuiſibilis: pp qõ erit vtiq; talium ſm q̃litatẽ: ſz nõ ſm põnẽ. ¶ Tali aũt raro ait Jãblicus: nõ denſuz ſed ſolidũ cõtraordinari: eo q; difficulter diuiſibile ſit. ⁊ graue: qõ qdẽ tale ſm qualitatẽ erit: q; aũt ſm poſitionẽ ſub ad aliqd reduceſ. Eſt aũt dignũ conſiderationẽ: quale ſigñatuz ſolidi: opponiſ raro. Si enim tripliciter dimẽſionabile: huic ſuperficies ⁊ linea oponiſ. ſi aũt id ideꝫ eſt forte: fragile vtiq; erit huic oppoſitum. ſi aũt difficulter diuiſibile: ſi qdez propter duritiẽ habebit hoc molle ſibi oppoſitũ. Si aũt propter dẽſitatem: ⁊ rarũ. ⁊ erit vtiq; huic raro prope nõ ſolidum: ſed denſum oppoſitũ. Plotinus vo non vult audire: duo ſignificata raritatis ⁊ denſitatis. hoc qdem ſub ad aliqd. hoc aũt ſub quali reductũ. ſed ſolã qualitatez videt. neq; eni in diſtãtys eſſe rara ⁊ dẽſa: ⁊ ſi hoc aũt aligs ait: cõcedet qualitatẽ eſſe ⁊ diſtenſionẽ. ¶ Ad qõ dicendũ q; duplex hoc nature nõ oportebat ꝓfundere. Uiri eni phi eſt: eas que ſunt in cõicantibus differentias explicare. ſed nõ opz aiunt diſtẽſionẽ ſub alio predicamẽto reduci. vnita enim eſt ſubſtãtiã ⁊ vna eſt. Sed dictuz eſt prius q; Ariſto. nõ primas: ⁊ elementares partium poſitiones vocat. ſed eas que in compoſitis iam ſunt deſerẽte: que ꝓhibite a ſubtiliorib⁹ corporibus: diſtinguent ſenſum qualiter habẽt id qõ in diſtãtia cõiunctũ. Stoici aũt potentiã vel magis motũ raritiuum ⁊ denſitiuũ ponunt: banc qdem ad intra. hãc aũt ad extra. Et banc qdem putant cauſam ipſius eſſe. banc aũt ipſius q; quale eſſe. ſed nihil hec inſtant his que nunc dicũtur. cũ nõ de his que in natura ſpecieb⁹ ſit nũc ſermo. ſed de raritate appropriata: ea que ſm diſtenſionez conſideratur.

Qui

Qui aũt circa Achaicum reculant ⁊ raritatem reducũt in ad aliqd. ⁊ in alterã quãdam gntaz ſpeciem q̃litatis. ſed neqz in paſſiuis q̃litatib⁹ ipſam ponũt vt Andronicus. ſed in eas que in q̃rto genere: dicẽtes ſubtilitatẽ q; dẽ ⁊ leuitatẽ cõſequi raritatẽ. groſſitiẽ aũt ⁊ grauitatez ꝓſeq denſitatẽ. Sed qũo raritatẽ ⁊ denſitatẽ in quartã ſpeciẽ reducent ſm Ariſto. ſentẽtias: nõ eſt manifeſtũ: cũ Ariſto. manifeſte ipſas a q̃litate excludat. Si aũt et qualitates ſunt: qũo ſub q̃rto genere reducẽtur. he eniz tote per totũ ſubm cedũt. Quartũ aũt genus ſm id qõ ſuperficieren⁹ conſideraſ. Qñ aũt qdã eũ qui de grauitate ⁊ leuitate ſermonẽ hic iducũt: neceſſe ⁊ de his pauca tractare ⁊ dicere: q; id qdez qõ ſm põdus graue ⁊ leue inclinatiõe ampliori ⁊ minori vtẽs: q̃tum vtiq; erit. ſi qdem ⁊ Archytas vnã ſpeciẽ quãti: ſm iclinationem ⁊ põdus determiauit. ꝓprietates autẽ corꝑ ſm quas aer dicit leuis: ⁊ ignis leuior aere: terra autem grauis ⁊ grauior q̃ aqua he q̃litatẽ iſinuãt. Similiter aũt ⁊ gracile ⁊ groſſum: que qdẽ in mole ⁊ menſurata ſm ipſam in q̃to cõſideranť. que aũt in ꝓprietate caracteris ſm q̃le. quecũqz igit hoꝝ nõ coordinanť q̃to: ſed caracteri ⁊ q̃li. Utrũ in alia ſpecie ordinãtur ꝓter dictas q̃tuor ſpecies q̃litatis: ſicut Andronicus ⁊ Plotin⁹ exiſtimãt: aut ſunt ſub vna q̃tuor ſpecieꝫ. hoc aũt erit planum: ſi de ipſa grauitate ⁊ leuitate ſciaꝫ qui ſint. nã ſi caliditas qdẽ expãdens corpora: facit idem ſibi leue: ⁊ frigiditas ꝓgregãs facit idẽ ſibi graue: in paſſiuas qualitates hec reducẽtur. Si aũt calidũ qdẽ ꝓſequiť leuitas: frigiduz aũt grauitas: ⁊ ſunt factiue caliditas ⁊ frigiditas. graue aũt ⁊ leue. neqz facere aliquid neqz pati nata ſunt: videbũtur qdẽ ille in paſſiuas qualitates reduci: he autẽ in aliud quoddã genus ꝓpriũ. Et ſi qdẽ ſm ſubam elemẽtis iſunt: videbũtur neqz eſſe qualitates. Si aũt ⁊ qõ ſuſcepit ipſas q̃le eſt: ⁊ quale dicit: ⁊ a ſubſtãtiali differẽtia fit. in corporib⁹ participãtib⁹ qdã formalis caracter: erunt vtiq; ⁊ hec qualia. videť aũt quibuſdã ita multiplex eſſe gen⁹ qualitatis: vt oĩb⁹ predicamẽtis ⁊ exiſtat. eſſe enim qdẽ bas ſubſtãtiales: vt humanitatẽ ⁊ ſocraitatẽ. bas aũt in quãto: velut linee rectitudinẽ ⁊ curuitatem: ⁊ in numeris trigonos ⁊ tetragonos numeros: ⁊ in qualitate etiã q̃litas conſiderať: vt in colore diſgregatium ⁊ cõgregatiuũ: ⁊ in ad aliquid habitudo dupli ⁊ dimidy: ⁊ in vbi quãdo locũ dicim⁹ boni aeris ⁊ prani aeris. ⁊ in qñ tẽpus. ⁊ bona temporalitas. ⁊ in facere aũt ⁊ pati factiue ⁊ paſſiue q̃litates: ⁊ in poni etiaz. ſ. bene ponibile ⁊ nõ. ⁊ in habere. ſ. facile circũamictibile ⁊ nõ tale. procedit aũt aũt ⁊ ad nõ exiſtibilia: vt hippocentauritas vel chimeritas: ⁊ ad ea que ſunt: nõ tamẽ exiſtũt. vt cicaditas in hyeme. nõ exñtia aũt dicũtur que nata ſunt qdẽ eſſe: nõ tamẽ ſm hoc tẽpus: vel ſz bũc modũ. hoꝝ aũt hec ſola qdẽ figura locutiõis inſinuãt q̃litatẽ: vt humanitas ⁊ ſocraitas: cũ nõ ſint qualia. hec aũt totaliter neq; ſubſiſtũt: neq; hñt aliquẽ intellectũ. vt hippocẽtauritas vel chimeritas: ⁊ in hyeme cicaditas. que enim vtiq; erit nõ entiũ qualitas: faciens ipſa talia. De alys aũt dõm: eas qdez que in qualitate differẽtias: q̃litatis ſolius eſſe ꝓprias: eas aũt que in alys predicamẽtis cõſideratur: cuinſcũq; predicamẽti exiterũt: cõpletiue proprie vniuſcuiuſq; rationis: nequaq̃ excedere ab ea que in vno quoq; ꝓprietate: ad q̃litatis gen⁹. quãdo aũt acciderũt aliter: vt extrinſec⁹ ipſoꝝ caracterẽ determinates. qualitates tales ⁊ telligi. ſaluãtes ⁊ in hoc eam que ex circũſtãtia eſſendi appõnem. Forte aũt planius ſic de eiſdẽ dõm: q; in ſubſtãtys quidẽ q̃litas ꝓſiderať ſm ſubſtãtiales differẽtias. In alys aũt generibus: proprie in vno quoq; ꝓprietatẽ generis determinãs. hoc. n. eſt q̃litatis ꝓpriũ. ¶ Sed qñ dubitatiões ⁊ ſolutiones dubitationũ pertranſiuimus. bene vtiq; hẽbit: ⁊ magis ꝓtẽplatiuas adnotatões Jamblici de q̃rta ſpecie qualitatis ad euidẽti⁹ reſcribere. eteni notat q; Plato qdem exponit figuras ꝓcedẽtes ꝓſtitutionez corꝑ: tãq̃ ſint cãe eſſendi corporib⁹: ⁊ q̃litatũ differẽtias a figurarum differẽtys rõcinať taliũ eſſe dicẽs: q; cõponiť a figuris acutoꝝ angulo⁹: q̃les ſunt pyramides: ⁊ frigidũ qõ ad minus talib⁹: velut εἰκοσαέδρον ⁊ in alys ſunt ſimiliter: nõ mathematicas figuras aſſumẽs. ille. n. neq; mãles: neq; nãles: neqz in motu cõſideratur. Sicuti plana Platonis. hec eniz mãlia ⁊ nãlia ponit Plato. Arist. vo neqz ꝓncipia elemẽtoꝝ ſupponit eſſe figuras: ſicut Plato: neqz imobiles ⁊ incorꝑeas ⁊ imãles: ſicut mathematici. ſed mãles qdẽ: cõſiſtẽtes aũt in corꝑib⁹ ⁊ ſuperficiẽ ipſoꝝ determinãtes ⁊ iformãtes ſupponit. Sed neqz Stoicoꝝ opio dicẽtium figuras eſſe corꝑa: ſicut ⁊ alia q̃lia. cõſonat opioni Ariſto. de figuris: qz corꝑ qdẽ in quãtitate cõſiderať. q̃litas autẽ eſt altera a q̃to. Eſt igit Ariſto. opio media iter dicẽtes oino figuras incorꝑeas: ⁊ dicẽtes corꝑoreas. Archytas aũt bene opionẽ talez explanauit: nõ in figura dicẽs eſſe talẽ q̃litatẽ: ſed in figuratiõe: inſinuãs ſubſiſtẽtiã generis talis qualitatis eſſe penes corꝑa. ⁊ q; trãſfiguratis iam corꝑib⁹: tales qualitates ſuperexiſtũt: alys qdẽ exiſtẽtibus trãſfiguratis: ſm alia aũt ſtãtibus qualitatibus: ſcilz ſm figuras ⁊ formas poſt plaſmationẽ: vel in ipſis imutationibus vltimũ tpis determinãtibus. Adhuc aũt ſignat: ⁊ nõ per totũ eſſe figuras: ſed ſupficietenus ſolũ. Figurata enī cũ nõ ſint figure: extrinſecus hñt circũpoſitaz ſibi figurã. Adhuc etiã nõ ſm actũ ex ſeipſis: ſed ſm ſceptionẽ ab alio conſtare tales q̃litates ſufficienter inſinuat: hoc qõ dicit figuratas: ſed nõ figurãtes. ꝑs autẽ ex eodem: tales qualitates nõ cõſiſtere ſm perfectionẽ primã: ſed ſm perfectionẽ reductã. Sed Archytas qdẽ pro ſufficientia habuit in genere hoc vti vocabulo figurationis: ſolitus ⁊ in alys generib⁹ qualitatis vnum in vno adaptare. nõ aũt plura vnius expreſſiua dẽ: neqz in multa diuidere vnũ: q; qdẽ Ariſto. facit nõ recedẽs tamẽ neqz ipſe ab vno. ſed circa vnũ pluralitatẽ ſimul conſideraſ: ſed qd eſt genus hoc qualitatis: ⁊ qũo vnuz exiſtẽs cõtinet in ſe multas differẽtias. aut ſicut ⁊ pus dcm eſt: deſcriptio eſt penes corꝑa cõnãlis corporib⁹ figurarũ protractio ſm ſubſtãtialẽ dimẽſionẽ. ⁊ nãlez: ⁊ ſolidã determinata. que ⁊ in motu ⁊ in materia intelligit. ſicut aũt dimẽſionis finis eſt figura ita totius ſpeciei ꝓſumatio vſqz ad ſuperficiẽ produxit formã exiſtẽtem apparẽs veſtigium ſpeciei: ⁊ que eſt extẽſio vltima proceſſus rationis ad exteriora. Similiter autẽ ⁊ rectitudo inſinuat extremã ſpeciez rationũ equalitas: ⁊ curuitas iequalitatis. Si vo curuitatẽ aliquis accipiat circularem lineam: ⁊ ita inſinuet eius que in ſeipſuz ratio nis fulgorem: ⁊ omnia hec ſm extra procedentem terminationez: ⁊ vide qũo prope ſunt hec: ⁊ nõ longe abinuicem ſm extremum ⁊ ſuperficiale idolum conſideratum ſm circũterminatuz circũſcriptionis: propter qõ ⁊ ſub vno ordinãtur genere. ſm q; modus ꝓprietatis extremoꝝ: determinatus eſt ſm vnum ⁊ diuerſitatẽ: ſm hanc propriam ſpẽm: ad vnũquodqz horum ſigillatim expreſſit: ⁊ plura conſiderãtur. ⁊ ita ambo ſaluãtur: ſcz plurium differẽtia ſm ſpẽs: ⁊ reductio ipſorũ ad vnum genus. Sed vñ fit vnum hoc genus: in ſe multas contrinens ſpẽs: vel a collocatiõe ſpẽi in alio: conſequitur qõ dam vltimũ in corporibus: proportiõale ſpẽi vltimo: ⁊

ſm hoc corpora determinat ſm imaginem eorum qui in rōnibus ſenſorum ꝛ principaliorū terminoꝝ: a qua cā fit in corporibꝰ q̄rti generis q̄litatis ſubſiſtētia.exhibet aūt ſecundā occaſionē: ꝛ ſuſcipientis natura mālis exn̄is:ꝛ diſtēſa ꝛ compoſita:ꝛ indigēs circūſcriptiōe determināte ipſam:ſm oēs ꝓprietates que ꝯſideranť circa ipſam.non minus aūt his: ꝛ ꝓceſſus in vnāquāq; ſpecieꝝ:vſq; ad idola que penes corpora repreſentantur:ꝛ moliū ꝛ māe ꝛ ſenſibilis dimenſionis diuerſitas. Jn oībus enī his extremitas determinās vltimū omniuȝ taliū:īſtituit genus q̄litatis qđ nūc inquiriť:opportunitatem aūt exhibet genus hoc: diſtinguēs proprias naturas ſinguloꝝ:ꝛ quodāmodo ſpecificās:corporibuſq; exhibens ꝙ corpora videanť.moleſq; vt moles menſuratas efficit:ꝛ īfinitatē corpoꝝ diſtinguit termis. ¶ Sed q̄m hec de q̄rto ꝛ vltimo genere q̄litatis dicta ſunt.bn̄ vtiq; hēbit narrare eos qui conati ſunt aliter diuidere gn̄a qualitatis.ꝛ cōſiderare penes que a certo deficiūt. Plotinus q̄dē igiť diuidit has corporis q̄dē qualitates: eas autem que anime dicens non qualitatis ſm veritatem faciēs ita diuiſionē:ſed diſtantiā ſolā oſtēdens eorum in q̄bus eſt qualitas.hoc aūt nō oſtēdit qualitatis differentiā:propter qđ ꝛ Ariſto.in paſſiuis qualitatibꝰ. has q̄dē anime dicēs. has aūt corporis non diuertit in aliud genus q̄litatis.ſed in eodē māſit.bn̄ ſciēs ꝙ ſuſceptaculū ſpērū variatū facit diuerſitateȝ ſubiecti loci: ſȝ inexn̄tis ſpēi vel caracteris:nullā facit drīam. Rurſuȝ aūt eas que corporis:ſm ſenſus diuidit.eidē incōuenienti icidens.Et adhuc ait Jamblicꝰ vnū diſptiēs in diuerſa ſm numeꝝ:ꝛ nō in dn̄tia ſpē.ſenſibile eni inquātuȝ ſenſibile vna ſpēs eſt:q̄uis aliq̄d ꝯnexuȝ vnicuiq; ſenſui vt ꝓpriū ſenſibile accipiat:ſm numeruȝ ipſa diſcernit.ſignat aūt hoc ꝛ Ariſto.paſſinas.n.q̄litates:vt ſenſibiles coordinans ad ſenſum:cōiter ipſas ad oēs ſenſus reduxit.eas aūt que ad vnūquēq; coaptanť:non iā appoſuit.tāq; nō faciētes diuerſitatē ſm ſpēm.ſed ſolum nūero dn̄tes. ¶ Eſt aūt ꝯſiderandū:ſi nō ꝛ ſenſus ſm ſpēm differūt abiuicē.ꝛ ſenſibilia ſenſuū ꝓpria: quorū drīam ſm ſpēm ex ſenſibus conatus eſt oñdere Plotinus.nō eni ſm numeꝝ talis dn̄tia: in indiuidua ꝛ ipſa diuiſa.vt in hoc viſibile ꝛ illud. Si aūt Ariſto.nō vſq; ad hoc diuiſit:nihil mirꝝ vſq; ad ꝑmā diuiſionē ſuppremoꝝ geneꝝ in ſpēs ꝓducēs ſermonē.qđ quidē oportebat ꝛ Plotinū obſeruare ſuppremoꝝ geneꝝ facientē diuiſionē. anime aūt q̄litates ſm ptes aīe diſtīxit Plotinus:q̄uis poſſibile eſſet ꝛ in pluribꝰ ptibꝰ eādē eē q̄litatem:vt domeſticū ꝛ duꝝ:ꝛ in vna multas:q̄n fiunt multe virtutis.vt in rōnali multas ſcīas ꝛ diuerſas ſpē.poſt hoc aūt eas que rationalis plures exiſtētes:diuidit ſm ſciētias:ꝛ ſm artes:ꝛ in extrema decidēs ꝛ nō īmanens Ariſto.comprehēſioni hoꝝ ſm vnū genus facte:ſcȝ ſm genꝰ habitꝰ.neq; ītelligēs ꝙ nō adiacet nūc vſq; ad oīno producere geneꝝ diuiſioneȝ. Sed oīum generaliſſima ꝛ his cōiuncta:de q̄bus illa predicātur.hec ſola nūc tradēda ſunt.quare neq; quādo eas que in pte cōcupiſcitiua apponit potētias: acceptandū proceſſum diuiſionis vſq; ad tm̄.diminutio eni hec eſt extremoꝝ: non diuiſio prioꝝ geneꝝ. totaliter aūt oīs diuiſio ſm propriā vniuſcuiuſq; naturā:debebat fieri. q̄to q̄deȝ enim congruit diuiſio ſm partes.partibile eni eſt hoc ꝛ in cōpoſitis:vel in īcorporeis q̄deȝ: habētibus aūt quaſdā in ſe ſubſtātias ſubmiſſionē.nō alienū eni hoc. quādo auteȝ aliquis qualitatē:nō vt qualitatē diuidit.hoc aūt eſt vt totā:vbiq; preſentē:ſm ꝙ ſunt q̄lia. ꝛ vt eandē exiſtentem in paruis ꝛ in magnis:ꝛ in qualibuſcūq; partibus: vt dulcedinē mellis:in quātiſcūq; mellis partibus: ita nō recte facit diuiſionē.nō eni ſicut apta nata eſt:ſic conať ipſam diuidere. ¶ Forte aūt neq; hoc eſt verū: ꝙ oīs qualitas per totū q̄le cedit:ſi quideȝ quarta ſpecies qualitatis:ſm id qđ ſuperficietenus ꝯſiderabať.ꝛ ſi trigonū ꝛ aliaꝝ figurarū taliū vnaqueq; habēs q̄dē lineas:ꝛ angulos:nō tot vbiq; adſunt.nō eni in eodē oēs linee neq; anguli cū lineis ſunt: deīde nō eadē qualitas. velut temperātia ꝛ nigredo:anime ꝛ corpori adeſt.nullum ergo inconueniens ſm hoc:animales ꝛ corporales q̄litates diuidere ſe ab opatiōibus diuerſis exiſtētibꝰ: argumētari diuerſas q̄litates:cuȝ fiunt ſm ipas ea que potētiaꝝ ad qualitates traducit.potētie quidē eni īcerte exiſtētes ex opationibus quas producunt cognoſcuntur.qualitates aūt q̄lia euidētia oſtēdētes per viſa qualia altera exiſtētia.ꝛ ipſe penes ꝑncipaliſſima gn̄a diſtīguenť. ſȝ ꝛ hic attēdēdū:q̄uo qualitates potētias hn̄t:ꝛ nihil incōueniēs ab opatiōibus q̄dem potētias: a potētys aūt exiſtētias diſcerni. Sed q̄m proficuo ꝛ nociuo: aīales ꝛ corporales diuidit q̄litates Plotinus. ꝛ ſtatim profectus ꝛ nocumēta diuidit tāq; proprias differētias qualitatis putās has.q̄ꝛ a q̄litate ꝑfectꝰ oīs:ꝛ nocumentuȝ prouenit:nō ꝯueniēter neq; ſic facit diuiſioneȝ:ꝛ q̄ꝛ trāſit a quali ad aliq̄d. mel eni idē exiſtens ſm qualitatem:ad hūc q̄dē proficuū eſt.ad hūc aūt nociuū.ꝛ vnguētuȝ alys q̄dē delectabile ꝛ proficuū eſt. catharis autem nociuū ꝛ pemptiuū: quare proficuū ꝛ nociuū non ſunt quale: ſed ad aliq̄d.deinde cur magis q̄litatis differētias profectus ꝛ nocumēta exhibēt: q̄ ſubſtātie vel ipſius facere.nā in his ꝓfectus ꝛ nocumēta cōſiderantur.Or aūt ꝛ q̄tū bene ꝓportionatū ad virtutē:ꝛ rurſuȝ nō coaptatū:ꝓfectꝰ multi ꝛ nocumēti cauſa fuit ſignat ars aſclepiadoꝝ:ꝛ tradita ab ipſis de quāti cōmenſuratione. ¶ Ad hec aūt:ſiquidē operarentur qualitates: ꝛ ſm actū exhiberent qualia.liceret dicere ꝙ ꝓſunt ipſe vel nocent.Si aūt in haberi faciunt nullum nocumentum vel profectuȝ a ſeipſis efficiūt:ſm ꝙ ſunt qualitates. Uniuerſalr̄ aūt oēs tales diuiſiones incōueniētes ſunt tāq; ſm ad aliquid magis:ſȝ nō ſm qualitates facte. Poſt magnū aūt Plotinū cōſideranduȝ eſt: ꝛ illaȝ diuiſionem quā Ariſt.in alys tradit:duas eſſe potētias ꝛ veluti principia ponēs: hanc quidem harū factiuam. hanc aūt paſſiuam. eas quidē que in irrationalibus:irrationales ponit.eas aūt que in rationalibꝰ rationales. velut eam que in calido calefaciēdi irrationalem.rationaleȝ aūt eam que in medicatiua. propter qđ ꝛ hāc quidem vnius ſolius eſſe factiuā:ſcilȝ irrationalem:nō adhuc enim ꝛ infrigidādi potentiam habet caliditas. rationales aūt cōtrariorum ſunt productiue ꝛ cognitiue. cauſa aūt quia omnis ratio ſignat rem:ꝛ priuationeȝ ipſius.verū tamē nō ſimiliter:neq; ambo appetēs: ſȝ hoc quidem ſm ſe:ſcilȝ melius:hoc aūt ſm accidēs: ſcilȝ deterius.ſicut ſanitatē ꝛ egritudineȝ medicatiua. Diuiſio auteȝ hec cōceditur quideȝ Ariſto.eſſe. nō tamē in primis generibus qualitatis aſſumpta. forte neq; in qualitate omnino:ꝛ oportet eas que apud antiquos diuiſiones:nō trāſferre ab alio genere in aliud.ſȝ in his in quibus ſunt tradite:ſeruare ipſas.hec quidem igitur de diuiſione dicta ſint. ¶ Et omnibus aūt ſpeciebꝰ q̄litatis ꝛ cōmuniter ſermone de ipſa adiacēt quedam inſtātie tales:quoniā ſubſtātiaȝ his que ſm qualitatem differētys diuidimus:velut animalis.hoc quidem rōnale.hoc aūt irrationale dicentes. ꝛ actiones has quideȝ bonas: has autem turpes ponentes.querere oportet quomodo vtiq; aliquis diuidet quale ſm ſpecies:ꝛ qualibet vtēs differētys.

differentys.ꝛ ex quali genere. dicere enim qualitatem eſt dicere ſe ipſo ꝛ ſimile:ac ſi aliquis differentias ſubſtantias faciat ꝛ differētiā dicat:differētia differre. quoniam omne differēs differētia differt. ꝛ ita in infinituȝ neceſſe eſt ire.quo igiť diuidimus ſapores a coloribus. ſi enim diuerſis ſenſitiuis nō erit in ſuppoſitis: ſed circa nos differētia. ꝛ ſi cōcedat aliquis talem differentiā ea que ſm eundē ſenſuȝ:quo differrent: puta albuȝ a nigro:vel dulce ꝛ ponticū.Si aūt q̄ꝛ hoc quidē diſgregatiuum:hoc aūt congregatiuū.hoc aūt oculorum. hoc aūt lingue.primo q̄dem dubitať de paſſionibus:ſi diſgregationes ſunt:ſiue ꝯgregationes.deinde qui hoc dicit non illa quibus differūt dixit.ſȝ que ab ipſis paſſiones. Dicendū aūt ad hec:ꝙ in vnoquoq; generū que in predicamētis: ꝛ rationū que in ipſis:multa quidem erit propria identitas:ſm quā eedē rationes in pluribꝰ conſideranť.multa aūt ineſt ꝛ cōnaturalis diuerſitas: ſm quā ſpecies diſcernunť ſeorſuȝ a genere. hec aūt diuerſitas nō deforis aduenit.ſed in vno quoq; generuȝ cōnaturalis eſt.nō ergo opȝ querere. ſi circa ſubſtantiā erit ſubſtātia:ꝛ circa qualitatē qualitas:ſȝ quā que in vnoquoq; hoꝝ generū ſpecies diſtant abinuicē.nō enim extrinſecus ab vnoquoq; generū factiue ſpecierum differentie ſuperuenient. ſed in vnoquoq; genere coexiſtūt. nō enim erunt ſpēs eoꝝ que in ſingulis generum. niſi a ſeipſis habeant genera proprias differētias cōnaturales: tanq; cōtentas a generibus. Si aūt extrīſecus ipſas apponimus:puta ab alio genere.cōmixtio pluriū predicamentoꝝ erunt que ſub vnoquoq; genere ſpecies. ꝛ non adhuc ſub eodem predicamento ordinabunť.cum ſupremo genere vniuſcuiuſq;:ſpecies cōtente ſub generibus:vna quidem igiť ſolutio dubitatoꝝ ſit hec.alia autem ꝙ alioꝝ quidem opȝ differentias querere: quibus ſeparamus ſingula ab inuicē.differētiaruȝ aūt differentias:impoſſibile eſſe ſm rationem: he enim ſm ſeipſas differūt:a ſeipſis inchoantes propriam potentiam: magis aūt neq; indigent differri ipſe:cū ſint differentie.ſicut neq; alteritas:vt altera fiat.naȝ in alys proprietatibus ipſum vnūquodq; nō vtiq; dicetur participare ſeipſo.puta equale non dicet vtiq; aliquis equari:vel bonū bonificari. quare differēs q̄dē differentia ſemꝑ differūt.ſed alia q̄dē omnia differūt differentia:altera exiſtente a ſeipſis.differētia aūt ſeipſa differt. magis autē ipſa differētia eſt.ꝛ Stoici aūt qualitates qualitatū faciunt ſui ipſoꝝ:facientes εκτοσ habitus.non eniȝ indigent adhuc exhibentibꝰ differentias.neq; enim ſeipſis q̄litates abinuicem differūt. Achademici aūt differentiaꝝ differētias regrentes:in infinitū exciderūt. Attendere aūt ꝛ hoc opȝ.ſi omnis q̄litas pōt fieri ſubſtantialis differētia:aut in corporibꝰ q̄dē neceſſe concedere.albo enim cum ſit accidens:ſubſtātialis differentia fit in ceruſa. Jn ſcientys aūt q̄uo habet:aut ꝛ grāmatica que eſt anime:ſi natura talis:fieret vtiq; ſpecifica differentia eſſet.ꝛ hoc aūt apponēdū ꝙ qualitatibꝰ coordinādū eos qui ſm ipſas q̄les:ſm ꝙ circa ipos ſunt qualitates: nō ſimul facientes ſubm̄: neq; ſm ꝯceptioneȝ ſubiecti facientes q̄le:vt nō ꝑdicamenta duo intelliganť. ſed in hoc aſcendentes ab ipſis a quo dicunť.nihil aūt eſt oportunū recordari iteꝝ:ꝙ intellectuales q̄litates ꝛ ſenſibiles nequaq; ſub eodeȝ gn̄e ordinabunť. neq;.n.ꝑdicamēta de itellectualibus ſunt.ſȝ eoꝝ que dicunť.neq; poťe eſt vere entiū:ꝛ eoꝝ que in gn̄atione ꝛ corruptiōe ferunť:tāq; ſint eq ordinis vnuȝ eē genꝰ q̄litatis.ſȝ q̄m de oībus ſpēbꝰ q̄litatis dc̄m̄ eſt ſufficiēter:tp̄s vtiq; erit iam conſiderare qualitatis propria vel que īſunt ipſi.

¶ Exiſtit autē contrarietas ſm quale:puta iuſtitia iniuſtitie contrariū. ꝛ albedo ꝛ nigredini. ꝛ alia. ſimilr̄ ꝛ que ſm ipſas dicuntur qualia: puta iniuſtum iuſto. ꝛ album nigro.nō in omnibus autem ꝙ tale. Rubeo eni vel fuſco: ꝛ medys vel talibus coloribus nihil eſt ꝯtrarium. cum ſint qualia.adhuc ſi contrariorum alterum ſit quale: ꝛ reliquum erit quale.hoc aūt palam ex his que per ſingula alia predicamenta tractata ſunt. puta ſi eſt iuſtitia iniuſtitie contrarium. Quale aūt iuſtitia.quale ergo ꝛ iniuſtitia.nullum enim alioruȝ predicamentoꝝ ꝯgruet iniuſtitie: puta neq; q̄tū. neq; ad aliq̄d.neq; vbi neq; totalr̄ aliq̄d aliud niſi quale. Silr̄ ꝛ in alys his:que ſm quale ꝯtrarys.

¶ Sicut in alys predicamentis poſt diuiſionem:ſubiunxit ea que īſunt vnicuiq; cōmunia ad alia ꝛ propria:ita ꝛ hic.ꝛ primo cōtrarietateȝ inducit:tanq; inexiſtentem quali.exiſtit aūt ꝛ contrarietas dicens: ꝛ hanc ꝯiunctioneȝ ꝛ apponēs q̄ꝛ ꝛ alia inexiſtētia inducet. ſicut magis ꝛ minus ꝛ ſimile.ſm q̄le aūt dixit:pro ſm q̄litatē.ſignificāt aūt hec inducta exēpla:puta iuſtitia:iniuſtitia contrariū.qualitates eniȝ he ꝛ nō q̄lia. forte aūt ꝛ propter hoc q̄le.pro qualitate dixit. q̄ꝛ ſimul accipiť in quali ꝛ q̄litas ꝛ q̄li ſuſcipiente: omnino ꝛ qualitas ſuſcipit. q̄m ꝛ q̄litas ſm quale ſuſcipit.aſtruit aūt ex inductiōe animaliū ꝛ corporaliū qualitatū exempla proponens. non ſolum aūt qualitatibus ait inexiſtere contrarietatē.ſed ꝛ his qualibꝰ que dicunť ſm illas qualitates. neq; aūt omni q̄litati ineſt contrarietas. neq; enim qualibꝰ ſm figuram:velut trigono ꝛ tetragono: neq; medys coloribus:velut rubeo vel fuſco. palam aūt neq; his que ſm alios ſenſus medietatibus: velut ſapori medio vel ei q̄ medie chorde ſono. ꝛ hoc merito ſi q̄dē contraria ſunt que plurimū abinuiceȝ diſtant. at vō neq; ſoli qualitati ineſt contrarietas.nam ipſis ad aliquid ineſt:vt didicimus.quare non eſt propriuȝ qualitatis hoc.ſubiungit aūt his theorema quoddā vtile ad omnia predicamenta:in quibus conſiderať contrarietas.Si enim ait contrarioꝝ alterum quale extiterit. ꝛ contrariū ipſi quale erit. ꝛ vniuerſaliter ſi alteruȝ contradiuiſoꝝ vt contrarioꝝ in aliquo genere extiterit:ꝛ cōtradiuiſum ad ipm̄: vt contrariū in eodem genere exiſtet. fiet aūt vtiq; ait hoc palā:ſi inſpexerimus alia predicamenta: conueniēter introductiuo modo: talia ex inductione perſuadēs. fiet autē vtiq; ꝛ aliter palam a termino contrariorum. Si enim contraria ſunt que ſub eodeȝ genere plurimū abinuicem diſtant palam: quia ſub quo genere alteruȝ reducitur:ſub hoc ꝛ reliquum.ſed ipſe diffinitione contrariorum nonduȝ aſſignata:merito noluit ipſa vti.Si igitur queramus quodcūq; predicamentoꝝ in quibus eſt cōtrarietas:didicimus hinc quomodo oportet negociari pro inuentione.ſumemus enim contrarium huius quod queritur:ſi quideȝ fiunt notius:ꝛ ſi ſciatur in quo predicamēto eſt illud:ſciemus quia ꝛ illud cuiꝰ eſt contrariū in eodē p̄nto ordinandū.puta ſi iniuſtitiā querimus in quo gn̄e ſit:ſumēdā iniuſtitiā.eſt aūt hec qualitas:ꝛ iniuſtitia ğ q̄litas eſt:ꝛ ſi cecitas viſui ꝯriū: viſus aūt qualitas ꝛ cecitas erit qualitas. nullū eni alioꝝ predicamētoꝝ ꝯgruet. Sed ꝓpter q̄d dixit ſi ē iuſtitia iniuſtitie cōtrarium.propter quid enim dixit ſi. Aut quis

aliqui non concedūt iustitie contrarium esse iniustitiā. sed dicebant contrarium habitum innominatum:iniustitiam aūt priuationeȝ.nam habitus affirmatiue oportere appellare ꝛ priuatiōes negatiue:nō recte hoc dicētes:etenim habitus negatiue appellamus.vt oppositū temperātie intemperātiam ꝛ priuationes affirmatiue: vt cecitatem ꝛ claudicitatē.ꝛ hoc quideȝ veruȝ. ¶ Forte aūt ꝓpter hoc dixit Aristo.si est iustitia iniustitie cōtrariū.quia nōdum tradidit que sunt contraria.ꝛ quia ꝑm veritatem non vt contraria opponuntur hec:sed vt habitus ꝛ priuatio.propter qȝ ꝛ certius dixit Archytas dicens: nō solum contrariationeȝ inesse qualitati. sed ꝛ priuationē scribens ita.ꝛ qualitati aūt contraria quedā copulanť:velut contrarietatē quandā suscipere ꝛ priuationē. ¶ Dubitāt aūt qdā circa theorema a cōtrarẏs. si enim hoc ait verū est:erit ꝛ priuatio que speciei ꝯtraria substātia.substātia enim est spēs.Si aūt aliquis dicat ꝙ cōmunius priuatio dr̄ contraria spēi:falsuȝ dicet. Si enim spēs ꝛ priuatio:pricipia naturalium contraria dicunť:ꝛ ex cōtrarẏs generatio.Si aūt cōtraria hec nō adhuc erunt duo principia:sed vnum cōmune.s. ipsorū genus a quo ꝛ circa ipsa duo subsistit. Sed hoc quideȝ soluere facile est.nō eniȝ prima hec principia:sed naturalium principia.ꝛ nihil mirū si aliquid cōmune sit horum:quia ens:siue materia siue species: presentia sui et absentia vtrūqꝫ hoꝝ efficiens. ¶ Ad primuȝ aūt poſſe qdē est dicē:ꝙ materia ꝛ specie existentibus sub substātia.qn̄ cū materia ꝯcepta est:erit ita ꝛ ipsa propter speciem ꝛ materiā in substātia.Si aūt quis dicat in specie comprehēdi ꝑuationem:ꝑm absentiam ipsius erit ꝛ ita in substantia comprehēsa.Dicenduȝ aūt magis:ꝙ regula non omnibus cōtrarẏs sumpta est. sed in quibus manifeste quādo alterū sub aliquo genere est sub eodeȝ ꝛ alterū necesse sit.naȝ ꝛ Aristo.nō dixit ꝙ contraria sub eodem genere sint.sed cōtrarioꝝ si alterum sub aliquo genere sit.ꝛ alterū sub eodem genere erit. ꝛ in sequentibus vbi spēs oppōnis diuidunť. proprie contraria vult esse sub eodē genere. nā que in ꝯtrarẏs generibus vidētur esse:cōe aliqȝ supeminēs genus hn̄t.sicut iustitia et iniustitia.ꝓpter qȝ ꝛ ipse non ꝓxima sed remota genera accepit.nō enim dixit si alterū contrarioꝝ sub virtute vel habitu sit:ꝙ ꝛ alteꝝ. sed si alterū sit quale ꝛ alterum.Quid igiť si aliqui ꝑma genera ꝯtraria ponūt: vt idē ꝛ alteꝝ:vel duas coelemētatiōes vt pythagorici:aut neqꝫ illa ꝑma.nō enim possibile est : neqꝫ pythagoricis placet: multa esse que ꝑma.sed ꝓpter qȝ plurime ꝯtrariatiōes ꝑm quale maxime ꝯsideranť:aut enī in coloribus sunt ꝯtraria:vt albū ꝛ nigrum: aut in saporibus:vt dulce ꝛ amaꝝ.aut in tāgibilib⁹ vt calidū ꝛ frigidū molle ꝛ durū. aut in sonis vt acutū ꝛ graue. ꝛ circa corp⁹ vt egritudo sanitas.pulchritudo turpitudo.ꝛ circa animaȝ vt v̄tus ꝛ malitia:ꝛ alia multa talia. ¶ Et hoc ipm̄ aūt q̄one dignū est: ꝓpter qd q̄litati totaliter isint ꝯ̄ria circa subam nō ꝯsiderata. Et dōm existimo ꝙ ꝯtraria coexistere iuicē impoſſe est. fieri igiť ipsa ꝛ destrui necesse est.ꝛ ꝓpter hoc in suba qdē nullaten⁹ ꝯsideranť. In q̄litate aūt maxime tāq̄ꝫ supuētitie.naȝ in q̄ꝫtitate alicubi qdē est vt par ꝛ impar.alicubi aūt nō est vt in determinato q̄ꝫto. In q̄litate v̊o qn̄ supuentitioꝝ est in alẏs et alẏs factoꝝ:merito ꝯtrarietas inest.ꝯtraria.n.in alẏs:ꝛ circa alia subsistētia qualiū:ꝛ ꝯtraria nata sunt cū ipsis ꝯsistere.ꝛ aliter aūt:qn̄ prima dn̄tia ꝑm q̄litates est:ꝛ maxima dn̄tia ꝑm ipsas erit:que est ꝯ̄rietas.ꝛ qn̄ prima decisio ꝑm qualitates fit. longi⁹ ꝓcedens ipsa ꝯ̄ria ꝓducit. plurime aūt ꝯtrariatiōes sunt in q̄li:qꝛ multiformes sunt q̄litates.opȝ aūt ꝛ ꝯtrariationes adinuenire opportune:in singulis vtētes ꝓprẏs potentẏs. In corporib⁹ qdē igiť:qꝛ sensibiles sunt ꝯtrarietates:sensu venandū est ipas: eas aūt que aīe ratiocinatiōes venādū: qꝛ comprehēsibiles has sunt. merito aūt hoc theorema de cōtrarẏs ꝑmoni de q̄litate copulauit: qꝛ vt dcm̄ est. ad qualitatē maxime cognate se hēt ꝯtrarietas.nā ꝛ in alẏs ꝑdicamētis:ꝑm quale ꝙ in singulis ꝯtraria inesse videnť.opȝ aūt ꝯtraria accipe nō cū subto: cōe eniȝ est ipsis subm.ꝛ nō adhuc tota totis opposita sumunť. neqꝫ vere erūt ꝯtraria.sed soluȝ ꝑm ꝙ q̄le est vtrūqꝫ. ꝑm hoc opȝ ꝯsiderare ipsa vt ꝯtraria.sunt aūt qualia ꝑȝ habere qualitatē.Quare ꝑm qualitatē ipsis inest ꝯtrarietas. ¶ Sed ꝓpter qd itermedia:neqꝫ inuicē sunt ꝯ̄ria neqꝫ extremis.qꝛ essent vni plura opposita.ꝛ nō adhuc esset vnū vni contrariū. si sint ꝛ intermedia contraria. ¶ Plotin⁹ aūt dubitat ne forte medie q̄litati sint aliq̄ ꝯtraria.nā mediū extremis est ꝯtrariū.medietas enim existēs virtus:ꝑm Aristo.ꝯtraria est excessib⁹ ꝛ defectibus q̄ sunt malitie. ¶ Dōm aūt ad hoc ꝙ aliter qdē vt medietas q̄litas itelligiť.aliter aūt vt virtus ꝛ ꝑm medietatem quidem non habet contrarietatem:ꝑm virtutem autem habet. Adhuc autem medietatem quidem consideramus ꝛ vt qualitatem. excessum autem ꝛ defectum:vt inequalitatē. qn̄ igiť medietateȝ dicimus esse ꝯ̄riā excessui ꝛ defectui:nihil aliud dicimus q̄ꝫ ꝙ equalitas ieq̄litati opponiť.ꝛ ita in alẏs. ſȝ nō in medio oppositio fit:sed in colorib⁹.dicet vtiqꝫ aliqs nō ita fit oppositio extremoꝝ ad mediū.pallidū.n.si opponiť albo: vel oppōiť ipsi ꝑm inexn̄tē mixturā albi: vel ꝑȝ mixturā nigri.si aūt ꝑm mixturā albi:albū albo oppōiť qȝ est ipoſſe.si aūt ꝑȝ nigꝝ:nigꝝ albo oppōiť.nō tertia mixtura aliq̄ altera.ſȝ ꝯclō qdē vera est.s.ꝙ nō oppōať pallidū albo: vel nigro:vt ꝯ̄riū.modus aūt illatiōis multas hēt instātias.cōpositū.n.facit mediū ex extremis:ꝛ vt ex ambob⁹ ꝯsistens.ſȝ nō vnū aliqd ꝑter extrēa:actuqꝫ ꝑuat simplicia i mixtura:ſȝ vt ꝑm potētiā.ſȝ forte ꝛ hoc poſſe est.forte.n.neq̄ꝫ cōmixtis extremis:subsistūt medẏ colores.ſȝ sunt quedā ꝛ hoꝝ ꝑncipales rōnes:sicut ꝛ extremoꝝ.nō ꝑm mixturā subsistētes. ſȝ simplices ꝛ ꝑ se nālē diuersitatē ꝛ varietatē hn̄tes.ꝛ gn̄antes ipsaȝ in sensib⁹:ꝛ coordinate alẏs rōnib⁹.ꝑm eā q̄ ex eq̊ coordinationem. ꝛ si ex extremis dicat aliqs mediū hr̄e aliq̄ꝫ subsistētiā:nō tn̄ neqȝ mixtura est q̄ facit medios colores:ſȝ sec⁹positio extremoꝝ:vel supenatatio.vel de longe distātia.hec.n.oīa in his q̄ de sensu ꝛ sensibilib⁹: medẏ colores subsistere vn̄r. ¶ Plotin⁹ v̊o ait:si ꝑm cōpōnē extremoꝝ fierēt medẏ:oportebat nō ꝯdiuidē dicentes: aut albū aut nigrū aut pallidū aut flauū aut aliqd tale.ſȝ solū in albuȝ ꝛ nigꝝ diuidē.alios aūt dicē cōpōnes.nūc aūt ꝯdiuidimus ꝛ opponimus.qꝛ q̄ꝫuis mixtio sit extremoꝝ:nō adhuc sec⁹positio.ſȝ cōplexio aliā efficiēs.ex tēpatura q̄litatē.eo igiť ꝙ alia q̄dā i itermedio fiat:q̄ꝫuis ex ꝯpōne ꝯsidereť: ita opponimus. hec āt dicētes aliā qdē fieri mediā q̄litatē coloris ꝯcedūt ꝛ qui post ipȝ.Sed ex ꝯtēpantia:vel cōpōne ipsaȝ aliā ꝯsiderari:nō adhuc ꝯfitenť.nō.n.iste modus eēntie incorporeaꝝ q̄litatū vt aiūt.ſȝ corpora qdē mixta:vel ꝯtēpata: vel cōposita pn̄t facē diuersa corpora. naȝ compositū ꝛ mixtū gen⁹:in quo ꝯtinet nām:ꝑm ħ variatū:dn̄s a se ipso ꝯstituit.Oꝛ aūt neqȝ in cōtēpantia neqȝ in cōpōne hēt eē:ſȝ simplicē q̄ꝫdā incorporeā eēntiā ꝑaccepit: ꝑm vnā q̄litateȝ ħ mō:vtiqȝ dn̄iam patieť a ꝯtēpantia vel cōpōne.sicut neqȝ imptibile a ptibili. ſȝ qn̄ albū qdeȝ nigro dixit ꝯ̄riū. Rubeo aūt ꝛ fusco nihil esse ꝯtrariuȝ.

dignū vtiqȝ erit anticipantes modicū:ꝯsiderare terminū ꝯ̄rioꝝ.ꝛ quā hēt rectitudinē. ex hoc.n.ꝛ theoremata que de contrarẏs ꝛ que de coloribus nūc sunt dicta. si recte dicta sint addiscemus. dicuntur auteȝ cōtraria esse que plurimū distant abinuicē sub eodeȝ genere:vt albū ꝛ nigrū:sunt enī hec incōmixta adinuicē:pallidū aūt ꝛ vitellinum ꝛ rubicūdū ꝛ talia nō plimū distant: qꝛ cōmixta sunt inuicē. ¶ Querit aūt Plotinus vnde est sic differri ꝯ̄ria.siquidē enī a medẏs ꝛ a distātia : ad hec nō ad extrema faciūt ꝯ̄rietatē:sicut neqꝫ distantiā: sed ad media:ꝛ qūo media dicēt ꝯ̄ria:velut sanitatem ꝛ egritudinē.si aūt ꝑm hanc formā.s.elongationē accipiuntur:quādo nihil habuerint idem ꝑm spēm:in eodē genere existētia.Uerbi grā.in quali ꝓpter quid flauus albo nō erit ꝯtrarius:nullā habēs ꝓpiquitatē ad albū: queādmodū videť pallidū:ad que cōtradicētes isti dicent extrema nō suscipere a medẏs eā que ad plurimū distantiā. Nō enī per aliquā ꝓgressionē faciunt ꝯ̄ria distātiā abinuicē:neqꝫ ita mediū excedētia cōstituunť in regionē cōtrariā sibiipsis:sed ꝑm rōnes ipoꝝ:ꝛ species distātia est. ꝓprietatibus igiť attendendū:si he quideȝ sic se habeant vt perimant inuicē.he aūt quādā isinuāt ꝓpinquitatē nāe ad alterū ꝯtrarioꝝ:aut representationē extremoꝝ:aut huius qdē remissionē.huius aūt intēsionē:vel aliā aliquā medietatē talē:que enī ita se hn̄t: sigillatiȝ sepate sūt:alr̄ qdē extreme:aliter aūt medie: ꝛ nō ꝑcedūt medie:vt circa ipas distātiā accipiāt extreme.Sȝ eꝯ̄rio extreme medẏs ꝑncipaliores sūt ad subsistētiā:ꝛ ab extremis media terminū ꝛcipiūt:ꝛ a ꝯ̄rẏs media:vl̄ ꝑm cōparationē vel repsentationē ꝛ ꝑm similitudinē vel ꝑm secus positionē:vel ꝑm aliū modū:ꝛ si quidē ꝑm trāsmutationē ab altero cōtrario in alteruȝ per mediū ꝓcederet generatio poterat dici:ꝙ per medium ꝓcedētia cōtraria distant abinuicē. Si aūt neqꝫ transmutatio:neqȝ gn̄atio cōsiderať:sed ipse extrema sunt ꝑma ꝑm se:ꝛ non producta ꝑm motuȝ per media: non vtiqȝ accipient distantiā a medẏs:q̄re neqꝫ vtiqȝ esse ab ipsis.multo aūt magis ꝑm ipsam formaȝ:ꝛ hui⁹ distantiā diuersam acceperunt:quādo tota a totis dn̄ia videnť:sed flauus albo ꝑm hanc determinationē ꝯtrarius est:aut nō ita se hēt:flauus enī ꝓpinquitatē quādā hēt ad albū:sicut ꝛ Plato in timeo cōfiteť:ꝛ Aristo.in eo qui de sensu ꝛ sensibilibus.ambo enī circa album vt cognatū ꝓducunt hypostasim flaui:diuersis quidē modis ꝓductionis vtentes:sed hoc vnū cōmuniter cōfitētes:ꝙ flauus habeat quādā representationē iuxta positam ad albū.persuadebiť aūt vtiqȝ aliquis hoc de facili ꝛ a sensu:nō enī simil'r disponimur secus poni albis:ꝛ flauis:ꝛ iterū albis ꝛ nigris.flauos enī aspiciētes iuxta albos nō oīno ad cōtrariū sensum transcēdimus:vt in alẏs disgregati ꝛ cōgregati:sic aūt extrema ꝯ̄ria erunt: nihil habētia idē ꝑm spēm : q̄ꝫuis nō sint aliqua media ipsoꝝ vtroqꝫ pticipantia:nō enī a medẏs sed a ꝓprietate totoꝝ habebūt ꝯ̄rietatē.media aūt nō erūt ꝯtraria: qꝛ habēt cōe ꝛ repsentant seipsis:simil'r ambo ꝯtraria. dicere aūt ꝙ nisi albo ꝛ nigro sit cōtrariū flauum erit alicui alẏ cōtrariū oīno est incōueniēs.ꝙ enī i mixtione vel representatione cōtrarioꝝ cōsistit:ꝛ a nullo distat plurima distātia qūo vtiqȝ erit alicui ꝯ̄riū:sed hec cōuenientius vtiqꝫ in sequētibus diceť vbi ꝑncipalis fit ꝯ̄rioꝝ doctrina.habent aūt ꝛ nūc quādā rōnē elaboratā aduersus cōtradicētes dictis Aristo.qn̄ aūt qdaȝ putāt Aristo.relinquere aliquid esse ꝯ̄riū sube:qꝛ suba quidē sunt elēta:terra:ignis:aer:ꝛ aqua:dicit aūt aquā quidē igni:terrā autē aeri cōtrariū.Sciēduȝ ꝙ ꝛ hec ꝑm inexistentes qualitates habēt ꝯtrarietatē.nā aqua quideȝ frigida est ꝛ humida:ignis aūt calidus ꝛ siccus: ꝛ terra qdē frigida ꝛ sicca:aer autē calidus ꝛ humidus. hec aūt sunt qualitates:nō ꝑm subaȝ igiť hn̄t ꝯ̄riū:sūt enī in vna māli suba:sed ꝑm q̄litates sibi coexistentes.

¶ Suscipiūt aūt magis ꝛ minus qualia.albū enī magis ꝛ minus alterū altero diciť. ꝛ iustū alterū altero magis ꝛ minus. ꝛ ipsum autem additionē recipit.albū enī existens adhuc ꝯtingit albius fieri.nō oīa autē sed plima. Iustitia eniȝ si diciť magis ꝛ minus iustitia:dubitabit vtiqȝ aliquis. simil'r autē ꝛ alẏs dispositionibus. Quidā enī dubitant de talibus. Iustitiā quidē enī iustitia nō valde aiunt oportere magis ꝛ minus dici neqȝ sanitatē sanitate.minus tamē hēre alterū altero sanitatē aiunt: ꝛ iustitiā minus alterū altero. Simil'r aūt ꝛ grāmaticā: ꝛ alias dispōnes.attamē q̄ ꝑm ipsas dn̄r: indubitāter suscipiunt magis ꝛ minus.magis enī grāmaticus alter altero diciť: ꝛ iustior ꝛ sanior ꝛ in alẏs simil'r. Trigonū aūt ꝛ tetragonū:non videť magis ꝛ minus suscipere:neqꝫ aliarū figurarū aliqua. Que qdē enī suscipiūt trigoni rōneȝ: ꝛ circuli:oīa simil'r trigona:vel circuli sunt. Eorū aūt que nō suscipiunt eādē rōnem:nullum diceť alteꝝ altero magis:nihil enī magis circulus est tetragonū:q̄ꝫ altera pte lōgius.neutrū enī suscipit circuli rōnē. Simpliciter aūt si non ambo suscipiāt positi rōnē: nō diceť alterū altero mag̃.nō omnia igiť q̄lia: suscipiunt magis ꝛ minus. dictoꝝ quidē igiť nullū est ꝓprium qualitatis. Similia auteȝ ꝛ dissimilia:ꝑm solas qualitates dicunť. Simile enī alterū alteri non est:ꝑm aliud aliqd : nisi ꝑm quale. Quare ꝓpriuȝ erit vtiqȝ qualitatis simile ꝛ dissimile dici ꝑm ipsam.

¶ Et de magis ꝛ de minus in oībus predicamētis inquirens:si inest ipsis vel non.cōsequēter ꝛ in qualitate ait qualia suscipere ꝛ magis ꝛ minus:qualia dicēs qualitates:vt manifestāt exēpla. Iustitiā enī accepit:q̄ꝫuis ꝑus iustum dixerit. ꝓbat autē iterū ex inductione ꝓpositū. album quidē exēplū corporaliū. Iustū aūt anime ꝓponens:vtrūqȝ aūt horū cōparatū ad aliud eiusdē speciei ꝛ ad seipsum:diciť additionē recipere ꝛ remissionē.nix enī albior lacte diceť vtiqȝ:ꝛ ꝙ in corporibus hominū albū:vel qȝ in aīabus iustū ꝛ ꝓcedēte tēpore ipsam ad seipsum intensionē ꝛ remissionē accipit:nō tn̄ ꝓprium est hoc qualitatis:neqȝ enī sola suscipit magis ꝛ minus: siquidē ꝛ ipsis ad aliquid dicebať conuenire:neqȝ oīs: neqȝ enī figuraꝝ qualitas suscipit ipsa:sicut trigonalitas vel circuli qualitas:neqȝ enī perfecta virtus ꝛ perfecta ars:multe tamē suscipiūt.Quatuor aūt sunt secte de intensione ꝛ remissione qualitatū ꝛ qualiū.nā hi q̄dem qualitates oēs ꝛ qualia suscipere magis ꝛ minus: dicunť:sicut Plotino ꝛ alẏs Platonicis videť:quia oē nāle suscipit magis ꝛ minus:materia magis existente ꝛ minus:ꝓpter nālem ipsius infinitatē.Alia aūt est opi

nio sub ɔ̃ria huic:que ait in qualitatibus quidē ipsis:pu
ta in iustitia ꝛ albedine.nequaꝗ̄ esse magis ꝛ minus.
vnāquāqꝫ enī totā aliquid esse:ꝛ ſm vnā rationē stare:
ꝛ ꝑpter hoc nō suscipere magis ꝛ minus.Jn participā/
tibus aūt esse intensionē ꝛ remissionē:latitudinē enim
habent participationes:ꝛ hi quidē magis participāt:hi
autē minus:ꝛ ꝑpter hoc ꝛ habitus ipsi putanť magis ꝛ
minus suscipere:cū ipsa sint qualia que suscipiunt.hui⁹
autē opīonis videť Aristo.memorari quādo dicit. Ju/
stitia enim iniustitia si diciť magis.dubitabit vtiqꝫ ali/
quis:ꝛ cōsequēter etiā iustitia quidē iustitia:non valde
magis ꝛ minus diciť:que aūt ſm ipsas dicunť qualia:
indubitanter ait suscipere magis.grāmaticū enī alteꝝ
altero magis dici:ꝛ iustius ꝛ sanius.qn̄ aūt dicit.similr̄
aūt ꝛ grāmaticam ꝛ alias dispōnes:cōmunius habitus
dispōnes vocauit:sic ꝛ in ꝑcedētibus q̄lia q̄litates.Ter
tia aūt secta est stoicoꝝ qui diuidētes seorsum v̄tutes a
medijs artib⁹ has neqꝫ ītendi dicūt neqꝫ remitti.Me/
dias aūt artes aiūt suscipe ītensionē ꝛ remissionē.habi/
tum igiť ꝛ qualiū:ſm istos:partim quidē neqꝫ itendūť
neqꝫ remittunť.partiꝫ aūt ambo suscipiūt.Quarta aūt
est opīo que dicebat īmāles quideꝫ ꝛ ſm se qualitates
nō suscipere magis ꝛ minus.māles aūt ꝛ ſm ipsas qua
les suscipere.differt aūt hec opinio a ꝑori:qꝛ illa nullaꝫ
fecit cōtradiuisionē īmālium ad mālia. Obsistit auteꝫ
Porphyrius huic opioni:tāꝗ̄ nō bene māles q̄litates
ponēti.ille enī subē sunt ait:ꝛ ꝑpter hoc neqꝫ intēsionē
neqꝫ remissionē suscipiūt:sicut nec alie subē.Distinctis
aūt sectis videamus qualr̄ probat non esse ꝑpriū qua/
litatis:suscipere magis ꝛ minus.trigonū enī ait ꝛ tetra/
gonū non videnť magis ꝛ minus suscipere:neqꝫ aliaꝝ
figurarū aliqua:ꝑpter qđ nō est ꝑpriū qualitatis oīs:
suscipere magis ꝛ minus.ostendit aūt figuras nō susci/
pere vniuersale theorema preaccipiēs:qualia suscipiūt
magis ꝛ minus:ꝛ qualia non.quecūqꝫ enī suscipiunt ꝑ/
positi rationē:ſm ꝙ magis vel minus dicunť:hec dn̄r
magis.Si aūt nō susceꝑint nō diceť alterū altero ma/
gis.nihil suscipit qdē.igiť trigonū circuli rōnē:ꝛ ꝑpter
hoc non erit vtiqꝫ trigonuꝫ tetragono magis circulus.
albū vō vestimētū:ꝛ nix:ꝛ multa alba suscipiūt albi ra
tionē:ꝛ ꝑpter hoc albū aliud magis alio esse diceť.Or
igiť oīa quecūqꝫ suscipiunt rōnem eādē:hec ꝛ magis ꝛ
minus suscipiunt:aut nō oīa.nam oēs quidē particula/
res hoīes suscipiunt hoīs rōnem:homo aūt hoīe nō est
magis homo:quare nō suscipientiū quidē eandē rōneꝫ
nullū suscipit magis ꝛ minus:suscipientiū aūt:hec qdē
magis suscipiunt:hec aūt nō suscipiūt.siquidē enim est
subē ratio non suscipere magis ꝛ minus:qꝛ neqꝫ substā/
tia suscipit.similr̄ aūt neqꝫ quātitatis determinate:vel
eoꝝ que sunt ad aliquid.dupli enī rōnem suscipiunt:ꝛ
q̄tuor ad duo:ꝛ duo ad vnū:ꝛ neutrū est magis dupluꝫ
altero.si vō qualitatis est ratio:velut albedinis vel dul/
cedinis suscipiūt:merito aūt his que sub eadē rōne sūt
que magis ꝛ minus suscipiunt : qꝛ in his est cōparatio:
sed non in his que exierint eandē rōneꝫ. Si igiť nulla
figurarū hēt magis ꝛ minus:non ꝑpriū est hoc qualita
tis:sed ꝑpriuꝫ est ipsius simile ꝛ dissimile.nam ꝛ de oī
ꝛ de sola qualitate ꝑdicať simile ꝛ dissimile.sic quideꝫ
igiť littera Aristo.sufficiēter sortita est explanationeꝫ.
¶ Querit aūt Jamblicus ꝑpter qđ magis ꝛ minus vt
cōe ponit pluriū ꝑdicamentorū:ꝛ ait ꝙ hec in partici/
patione consideranť:alio quidē existente participante.
alio autē eo ꝙ participať.ꝛ siquidē participationē que
in materia dicit:oportebat ꝛ subam:ꝛ quātū ꝛ alia ꝑdi
camēta ſm se tota:suscipere magis ꝛ minus:omnia enī
in materiā proueniunt.si autē participari dicat superue
nientia predicamenta:qualis est qualitas ꝛ ad aliquid:
oportebat ſm se totā qualitateꝫ:ꝛ ad aliquid:suscipere
magis ꝛ minus.Forte igiť ꝙ quidē cōueniat superidu/
ctibilibus verū est:ꝛ in qualitate auteꝫ:magis subales
species:sicut figure ꝛ ſm id ꝙ maxime considerate : vt
virtus.hec magis ꝛ minus nō suscipiunt:sed ꝑpter qđ
aiūt in multas opiniones diuiditur:que ſm qualitates
intensio ꝛ remissio eius qđ magis ꝛ minus:aut ꝛ ratio
ipsa qualitatis:ꝛ participans ꝛ cōpositū:fuit causa talis
differentie opionū:cum multā in seipsis habeant dr̄iaꝫ:
ꝛ diuersos intellectus moueant.nam rationē ipsam q̄li
tatis.hi qdē stare ſm vnā diffinitionē putāt.hi autē in
quibusdā quidē stare:in quibusdā aūt non. Quidaꝫ vō
neqꝫ ipsam oīno stare.materialē enim ipsam esse ꝛ cuꝫ
materia coalterari ex iterminata ipsius nā.alij autem
diuidunt ipsam:aliā quidē imaterialē ponentes.aliam
aūt mālem.ꝛ omnes isti circa differentias qualitatis di
stinguunť.ſm alium aūt modum penes participātia ꝛ
suscipientia rationem:fit opinionum diuisio:quādo di/
cimus late vel in latitudine participant : ꝛ quia magis
ꝛ minus participant. Tertia autem alia vtiqꝫ fiet diffe
rentia:ſm id quod cōmune ex ambobus.duobus enim
aliquibus conuenientibus:alterius predominatio intē/
sionē facit ꝛ remissionem:predominādte quidem enim
specie accidit ꝙ magis:ꝑdominante aūt materia ꝙ mi
nus:ꝛ quādo quidem species predominať stat ratio in
vna specie determinata ſm se:quādo aūt suscipiēs:tūc
alteratio fit ꝛ motus in ipsa:quādo autē adequanť:hec
quidē sic se habent partiū:hec aūt sic:ꝛ ita diuerse fiūt
opiniones.¶ Post cōmunē aūt considerationē sectaꝝ
ꝛ vnāquāqꝫ singulariter tractare bonum est:ad stoicos
qdē enī dicentes studiosum qdē gen⁹ firmū esse.mediū
autē intensionē ꝛ remissionē suscipere.dubitare dignū
est.si non habens virtutē.deficiens autē ſm exercitiuꝫ
vel ſm nām:minus vtiqꝫ erit studiosus.Forte autē di/
cent virtutē existentē sciam:ex seipsa hēre firmitatem.
ꝑpriaꝝ enim rationū existens speculatiua:ꝛ coniectu/
ratiua semper eos qui ſm ipsam facit omnia facere:fir
miter stans in non decidēte specie scientie:sed quō hoc
est possibile in vertibili ꝛ passibili substātia qualitatis.
ꝛ maxime ſm ipsos:diffusionē ꝛ cōtractioneꝫ habente
in infinitum in seipsa ꝛ virtute quia corpora ꝛ qualita/
te dicunť.Forte igitur que de alijs principijs ab antiqs
dicuntur:ad alia principia isti transferunt:nisi forte stu
diosum habitum ſm id ꝙ in summo ponentes:ꝛ nō in
motu considerātes merito neqꝫ intensionē neqꝫ remis/
sionem volunt in ipso considerare : sed si hoc ꝛ artium
vniuscuiusqꝫ est aliquid summū quod ꝛ ipsuꝫ stat.oīs
enim eius ꝙ magis ꝛ minus:est aliquid semper ꝛ ꝙ sū
mum et forte ſm hunc sensum opinio cuius meminit
Aristo.habitus perfectos non in virtute sola:sed etiam
in sanitate ꝛ grāmatica ꝛ alijs dispositiōibus accipiēs:
in intensibiles ipsos ꝛ irremissibiles esse dicit.Jn parti
cipantibus habitus:magis vel minus intensionem ꝛ re
missionē considerans:ꝛ etiā inest ipsis artibus nō solū
est videre hoc:sed etiam in virtutibus. Nam virtutuꝫ
he quidem perfecte sunt.he auteꝫ imperfecte.imperfe/
cte quidem que natura solum vel consuetudine vel ra
tione.perfecte autem que tribus his sunt perfecte : nisi
forte ipsa quidem virtus sit perfecta ꝛ integra.partici/
patur autem ſm partem:sicut ꝛ grammatica ꝛ aliaruꝫ
artium vnaqueqꝫ:propter imperfectum ꝛ magis ꝛ mi/
nus in ꝑticipatione ꝯsiderať.Sed quales dispōnes vt
ꝑfectas videt Aristo.alias ꝑter eas que habenť.ḡ ne se/
parabiles

parabiles spēs:ꝛ ꝑ se iustitiā:aut neqꝫ ꝯsuetū est ipsi B.
neqꝫ ꝑpositis est icōueniēs:neqꝫ dispōnes vtiqꝫ voca/
renť ille:sed ꝑticipatas ꝑfectas ꝯsiderās ſm relationē
ad illas:eos qui deficiunt ab ipsis magis ꝛ minus vult
hēre:ꝛ certior ista ratio est.Jn oībus dispōnib⁹ ꝛ ꝑfectuꝫ
ſm sūmitatē ipsarū ꝯsiderans:ꝛ magis ꝛ minus:ſm eā
que in latitudine ꝑticipationē.¶ Alioꝝ aūt rō stoico/
rū qdē iperfecta vī:neqꝫ v̄tutū iperfectionē:neqꝫ alia/
